inde ac assidue vētis a puppe surgētibus. Interuallū aūt a Malea ad columnas cōponens stadiorum vigintiduo milia ⁊ quingenta cōperiret. Si hoc aūt ponamus dieb⁹ nouē equali celeritate cōfectū esse: singulis dieb⁹ cursus euenit: stadiorū duorū milium ⁊ quingētorū. Qui senam tradidit aliquē e Lycia seu rhodo ad alexandriam biduo aduectū esse: cū quattuor milium stadiorū spaciū intersit. Percontant nōnulli quo pacto cū ter Ulixes in siciliā aduenerit: ne semel quidē ꝑ fretum ipsum nauigarit. Respondetur quoniā ⁊ posteri oēs eam effugerūt nauigationē hecquidē ab eo dicta sunt. Sunt ⁊ alia que recte ab illo dicantur. Cū vero in oceanū excursionē preparat: ⁊ dierū nauigationem diligenter admensuras adduxit. ⁊ spacia discrepantie excessuum minime reliquit.

Simul enim poete versus addit.

Atq₃ dic hinc nona me flamina dira ferebant.

Simul ⁊ occultat: et enī₃ hec ipsiua poete sunt vt illud,

Oceani fluxum finiuij mox cymba reliqt. ⁊ illud

Ogygia Insula in Ogygia qua ponti vmblic⁹ inheret.

Quodq₃ in eo loco Athlantis filia domicilium habet. Et illud de pheacibus.

Littora: fluctisoni colimas suprema remoti,

Nemoq₃ mortalis nobis confinia miscet.

Hec enī omnia in Atlantico pelago ficta manifeste declarantur. Ea vero ille occultans que manifesta dicunt tollit. Hoc autem non sane recte. At circa Siciliam ⁊ Italiā errorē factū esse recte: ⁊ ab ipso poeta ꝯfirmatur. Quandoquidē quisnam aut poeta aut scriptor Neapolitanis sirenis. Parthenopes sepulchrū nūcupare suasisset. Incolas ante Cumas ⁊ dicearchie id est

Dicearchia Puteoli puteolorū ⁊ Uesubij ignitum phegetoutem: et Acherusiam paludē, ⁊ mortuorum vaticinium: Auernū ⁊ Baias ⁊ Misenū: Ulyxis quosdā socios: Sic ⁊ que apud Sirenussas: ⁊ que sūt ad angustias freti: ⁊ Scillā ⁊ charibdim: ⁊ eolum hec quippe nec ad anguē perscrutāda sūt. Nec absq₃ radice: nec absq₃ fundamēto prorsus omittenda: cum nec veritatem nec historie attingāt vtilitatē. Hoc cū intelligat Eratosthenes. Suspicetur aliquis inquit: poetam voluisse Ulyssis errorem ad occidentis loca facere: ⁊ a ꝓposito desistere: cū quidam non diligenter hausisset ⁊ quedā hunc in modū non elegisset sed ad id qđ terribilius ⁊ mōstrosius est educere cuncta voluisse. hoc quidē ipsum bene. Illud autē cuius gratia hoc faciebat male assumēs: non enī garriendi gratia: sed vt prodesset: Quapropter rationē subire iure debet: ⁊ huiusmodi rei: ⁊ illius ꝙ eu₃ iccirco remotissima mōstra cecinisse maluit: vt facilior ei mentiendi prestaretur occasio Quota est enim pars remotissime de monstris dicta pre ijs q̄ in grecia ⁊ in locis grecie ꝓpinquis decantant. Sicut herculis ⁊ thesei certamina: ⁊ de Crete ac Sicilie fabulis scripta. Similiter ⁊ in reliquis insulis: ⁊ ad Citheronem: ⁊ Heliconē: ⁊ Pernasum: et Pelium: et Atticā: et vniuersam Peloponesum. Nec vllus est qui ex fabulis fabulatoris ignorantiā criminetur,

Rursus cū nequaq₃ omnia fabulentur: sed plura fabulis adiungant presertum Homerus inquirens: quidam veteres fabulis addiderunt: nec inquirit si fabularū additamēta vel fuerint: vel sint. sed magis de illis veritatem inquirit locis ac personis: ad q̄ fabulatur. Sicuti si Ulyssis errori fuerit. aut vbi. Totū autem ipsum nequaq₃ bene: Homeri poesin cum aliorū poetarū poesi in vnum adducere: cū ad aliam: tū vero ad ꝓpositā de orbis situ materiam, ⁊ nullū ei tribuere principatu₃: Etenī si nihil aliud vel Sophoclis Triptolemum: vel bacchas prologum Euripidis: si percurras ⁊ Homeri diligentia₃: ex hisce potissimū rebus ipse cōparaueris: facile fuerit comparationē ac differētiam ponere. Nam vbi locorum quos meminit ordinem necessitas exigit ordinē seruat. Similiter Grecorū: similiter ⁊ longe positorum.

Ponere certabāt properantes ossan olympo,

Pelion inde osse frondosum: ⁊ illud.

At preceps iuno celere₃ linquebat olympum:

Pieriam occidēs dehinc: ⁊ mathiamq₃ beatam

Fertur ⁊ ad Thracas equites rupesq₃ niuales

Hinc ab Atho pontum petit.

In dinumerandis vero auxilijs vrbes quidem haud ordinem seruans eloquitur. Nō enim necessarium erat.

Ordine vero gentes explicat. Similimodo et de remotis.

Cypriū Phenicē: ⁊ egyptios errabundus.

Aethiopasq₃ adij: tum sidonios ⁊ erembos.

Ac Lybien. quod Hipparchus quoq₃ annotauit. Reliqui vero ea in quibus ordo exigitur: hic liberum patrē gentes adeuntē inquiens.

Alter vt Triptolemus terras disseminat: que longe disiuncta sunt cōiungunt. ⁊ cōtinuata separant. Linquens inquit auriferoa lydorū sulcos: et phrygum ac persarū vrbes sole percussas, Menia Bactrianin: hybernāq₃ medorū tellurē accedēs: ⁊ felicem arabiam. huiusmodi sane Triptolemus agit: permultā vero ad climata: ⁊ ventos doctrinā: qđ ad Geographiam attinet: in locorum descriptionibus Homerus ostēdit. hec ⁊ cōpluribꝰ in locis asserit. Bactra

Hec humilis iacet ad tenebras: multū cōtra supra

Hec secus aurorā spectant. solisq₃ nitorem.

Due vero illi sunt fortes: q̄dam ad aquilonem: quedam rursus ad austrū: seu ad dexteram pergant ad auroram: atq₃ solē: seu ad leua₃ versus tenebras. At qui harum rerū ignorantiam omnimodā rerū oīm ꝯfusionem arbitratur.

Me latet o socij tenebre locus: aut vbi eous:

Aut vbi sol terras subeat.

Cumq₃ poeta hec bene dixerit: Boreas et zephirus qui e Thracia spirant: is male aspiciēs criminat eum: qui zephirum vniuerso tempore ⁊ omnino spirare e Thracia dixerit cum is minime spirare omnino dixerit. Ceterū cū per mare Thraciū: ad nigrū sinum ingruant: cū Aegei pars maris existat. Conuersionē enī recipit ad austrū Thracia quasi ꝓmontoriū sit: vbi Macedonie adiunguntur: ⁊ pelagus incurrens flantes hinc zephiros ostendit ijs qui ad Thasum Boreas zephirus Thracia

zephiri Schiro. Lauri

z lemnū: z Imbrum: z Samothraciā: z iis vicinum mare pertinent. Sicut z in attica zephiri quia Schyronis petris flant: schyrones appellant: z potissimum Lauri. Quod Eratosthenes nequaquā intellexit. Tamē suspicatus est Ipse igitur regionis conuersionem: quā dico narrat. q igitur vniuersaliter spiret is capit. Postmodū poete imperitiam criminatur: q cū zephirus ab occidente z hispania efflet illorsū minime ptendit Thracia. Nunquid ab occidēte spirantem ignorat zephyrum? At vero cum hunc dicat in modum proprium eius obseruat ordinē. Una eurus notusq cadunt: zephyrusq fremiscens: et boreas.

Uenti quattuor Thracia

An thraciā ignorauit vltra peonios: z Thessalicos montes nō excurrentē? Sed et huius: q porro ad Thraces attinet gnarus ac minime nuncupans: partē quidez maritimā: partemq mediterraneā. Magnetas quosdam z Malies Reliquosq deinceps grecos dinumerat vsq ad Thesprotas. Pariterq etiam Peonibus finitimos Dolopas: z sellos ad Dodonem vsq ad acheloum Thraces vltra nō meminit. Ad finitimū autem: sibiq notissimū pelagus facile fertur. Sicuti quū ita ꝯmemorat. Concitatur ba fuit longe velut equoris vnde: Icareo in ponto.

Dolopes Selli

Uenti Aquilo Auster Eurus subsolāus Fauonius Laurus

Sunt quidā qui primarios duos esse vētos asserant. Aquilonē scilicet atq austrū. Reliquos vero modica quadā acclinatione differre ab ortu quidem estiuo eurū. A brumali subsolanum Ab occasu vero estiuo Fauoniū. A brumali autem Laurum. Duos vero esse testar ventos z thrasyalcē: z poetā ipsum aiunt: quum austro Laurum attribuit. Dicās Laurū austro. zephirum id est fauonium aquiloni: quuz dixit a quilo: z Fauonius qui duo spirant e Thracia. Ceterum ex iis quos nouimus tantopere de hisce tradidit nemo: teste Possidonio: atq aristoteles: timosthenes: z Bion astrologus. Ab estiuo ortu Ceciam cui ab occasu brumali ad lineam Africus opponitur: Rursus ab oriente hyberno eurus opponitur: cōtrarius caurus est. Medios esse subsolanū z fauonium. Poeta quidem illū violenter spirantem inquit Fauonium: quē nos Laurū appellamus. Africū flantem fauonium qui z a nobis Fauonius siue zephirus. Laurum vero austrum Leuconotum id est album austrum. hic enim paucas creat nebulas: quū reliquus totus auster quodammodo sit eurus.

Cecias Zephyrus Laurus Fauonius Leuconotus Auster

Dissipat vt zephyr⁹ nubes: grauibusq ꝑcellis Lauri austri pulsant.

Nunc enim violenter spirantē zephyrum dicit: quia Leuconotos congregat dissipare consueuit: quū illa debilia existant: vbi adiectiui loco austri Lauri dixit. Hec cū ab Eratosthene i primo de Geographia in initio dicātur: talē quādam habent emendationē. Porro Homeri dictis falso deprehensis insistens: z hæc ait. Nili ostia plura existentia ignorasse: eiusq nomina. At ea nouit Hesiodus: quippe z qui mentionē facit. Uerum enimvero eius nomen illius etate: necdum nūcupatū fuisse credibile sit. Ostia vero tum obscura: tū modicis cognita. Quod vero nō vnum sed plura fuissent facile persuaderi potest. Sin autē inter res ægyptias celeberrimū: z q admirabile z super oīa memoria simul et cognitione dignissimum flumen z fuit et est: pariterq z incrementa: z eius oīa: quia sibi nunciantes nequaquā sciuisse suspicetur? qui flumen simul z agrum ægyptium z thebas ægyptias z Pharū cognitum fecerit. Cognoscentes vero ipsum nequaq dixisse: nisi rerum celebritate ac nobilitate subticuissent? Adhuc incredibilius videtur: si de æthiopia: de sidoniis de Erembis: de exteriori mari: de bipartitis æthiopū populis verba faciebat: de ꝓpinquis autem z perspectis tacit⁹ erat. Qui si horum memoriā nullā egit: id haud ignorantie ꝓpterea signum est. Etenī nec proprie mentionē patrie: nec aliorū cōplurium reliquit. Quum ea que admodū nota patent: memoratu digna nō videri ad scientes potissimum diceret aliquis. Nec bene illud obiiciūt Homero: perinde ac per ignorantiā differenti: q insulam Phariam ambitā pelago dixerit. Contra enim nihil eoꝝ q nuper de ægypto diximus: ignotū fuisse poete testimonio vti possimus. Dignosceres aūt inde: q̄ arrogans est: quisquis potius eius errorem asserit. Menelaus ad æthiopas vsq cōscendens incremēta. Nili discere potuisset. Et limum quē agris infert: z eum qui ē ante ostia transitum: quātū sane ad cōtinentē accumulās adiecit. Itaq ægyptus vniuersa sub Herodoto fluuii munus appellari iure potuit. Et si nō vniuersa: ea saltem que sub agro est inferiore: qui Delta nuncupatur. Pharuz etiam priscis annis ambitā pelago tradidit. Ita pelago ambitam esse mentitus non est: licet pelago nunc amplius ambita non sit. hæc qui sic instruxit poeta fuit: quibus ex rebus z ipsum incrementa nosse simul: z Nili ostia cōiecturis putare licet. Idem etiā delictū esset: z agrum inter ægyptum pelagus z arabicū sinum interiacentem ignorasse. Et extremos hominū æthiopes: bipartitos falso dici. Nam cū is hoc bene dixerit posteriori ætate venientes repehēdere nō recte ausi sunt. Improbe sane Homeruz enī hos ignorasse agros tm̄ a veritate lōgi⁹ abest: quā tum nō modo nō ignorasse: sed aperte patefecisse dixerim. Ipsi quoq Grammatici: ab Aristarcho z Crate eius artis principibus: q̄uis eo tacēte sane sentiūt. Quoniam cum vates ipse dicat. extremi hominum æthiopes bipartiti sunt: de sequēti versu discrepāt. Nam scribit Aristarchus quidē ita. Solis ad occasum quidam: quidā sed ad ortum. Crates vero ita.

Menelaus

Delta Pharos

Hæc sane occasum solis: hæc illius ortum.

Cum nihil intersit ad vtriusq materiam: siue hoc siue illo modo scribatur. Ille enī Mathematicoꝝ dicta sequutus: torridā ab oceano detineri zonam inquit: ad ambas autē partes huius temperatā esse z ad nos z ad latus alterū. Sic ut igitur æthiopes ad nos versi illi dicuntur: qui ad orbē vniuersum in meridiē inclinati

aliorū postremi oceanū iuxta incoluntː etiā non
nullos item trans oceanum ęthiopes intelligi
e pottere existimātː aliorū vltimos ī altera tem
perataː qui iuxta eūdē hūc Oceanū inhabitāt.
Geminos autē esseː ⁊ ab oceano bipartito di-
uidi. Adiectum aūt illud.
Solis ad occasum quidamː quidā sed. ad ortū.
Hæc sane occasum solisː illius ortum.
Cum zodiacus semper supra verticē sitː ad ter
restrē zodiacū. Hic cū semp extra ambos obli-
quitate nō excedat. Aethiopes ols solis mea-
tus intra latitudinē istā necessario intelligitur
⁊ alioa aliis ortusː et occasus secūdū aliaː ⁊ alia
signa cōtingere. Sic autē magis per astrono-
morū sententiā loquutū putant. Dicere autem
simplicius erat illudː saluātē biptitos sic ęthy-
opes esseː sicut dictū est qđ ab oriente sole vsqꝫ
ad occasum æthiopea oceanū vtrobiqꝫ inhabi
tāt. Quid aūt ad hūc differt intellectūː vel sic di
cereː vt scribit illeː aut vt Aristarchus?
Solis ad occasum quidāː quidā sed ad ortum.
Etenim hoc est ⁊ ad occasum ⁊ ad ortūː ad ocea
ni latus vtrūqꝫ inhabitare. At Aristarchꝰ cām
hanc abiicit. Dupliciter aūt diuisos ęthyopea
existimat dici oporteretː secundū nos videlicetː
⁊ eos qui ad meridiē positis Grecis vltimi sūt
Quos quidem non ita diuidi putatː vt due sint
æthiopię. Una quidē ad oriētēː altera vero ad
occidentē. Uerū vnā tantū ad meridiem iacen-
tē Grecisː sitā vero ad ægyptū. Hoc autē poe-
tam ignorasse. Sicut et pleraqꝫ alia ab Apol-
lodoro dictaː de nauiū dinumeratione in secun
do volumine de locis quę non erant ementitū
Aduersus Cratē vero longiore opus est ora-
tione quę forsan impresentiarū nihil attinet. ari
starchū in hoc approbamusː ꝙ omissa Cratis
materiaː que cōplures accipit instātiasː de no-
stra ęthiopia sermonē factū esse suspicatur. Cę
tera consideremus. ante oīa quod de ipsa incas
sum descriptiōe exiliter ratiocinatur. Etei si ali
ter describaturː suis aptari cogitacionibꝰ po-
test. Quid eñi differt dicere vel sic duo quo ad
nos æthiopes sunt. hi quidē ad ortumː illi autē
ad occasumː vel sic. Etenim ad ortum ⁊ ad occa
sum. Deinde quia fallaci instat opinioniː eta po
etam ignorasse interiacentē agrūː æthiopiā ve
ro ęgypto vicinā meminisseː quum dicit biparti
toa æthiopes. Quonammodo nō sic biparti-
tos? sed ignarū sic dixisse poetam. Utrum ne-
qꝫ ægyptusː nec ægyptii ab initio Deltæ vsqꝫ
ad Sirenēː a Nilo bipartiti sunt aliqui ad occi-
dētem solē. aliqui ad surgentē. Quid autē ali-
ud ęgyptus estː ꝙ insula fluuiatilisː quā inun-
dat aqua? Hęc aūt ad vtrāqꝫ fluminis partē ad
ortūː ⁊ ad occasum iacet. Et vtiqꝫ æthiopia re-
cte opponit ægyptoː ⁊ ad Nilūː ⁊ ad locorum in
geniūː pari modo esse habens. Etenim ipsa et
angusta ⁊ oblonga estː et irrigatur. Que vero
extra inundationē sunt desertaː ⁊ aquarū exper
tiaː ⁊ raro habitabilia. Pleraqꝫ ad aurorā. Nō-
nulla ad occasum vergencia. Quonam igit mo
do nō bifariā diuisa estː vt qui Asiam ab Afri
ca separāt. Nilus iis idoneus visus est terminꝰ

aethiopes dupliciter diuisi

Aegyptꝰ insula est æthiopia.

Nili longitudo

Cuius lōgitudo ad meridiēː plusquā decē mi-
lia stadiorū protēditur Latitudo vero tātaː vt
insulas admittatː quas decē hominū milia inco
lant. Quarū maxima est Meroeː Regia ⁊ Me
tropolis æthiopū. Hāc ipsam vero æthyopiā
bifariā diuidere nō fuit idoneus. Attamen qui
eos redarguūt qui adiunctas fluuii terras di-
uidūtː vehementissimū illis peccatū obiectantː
qđ ægyptū ⁊ ęthyopiā distrahūt. Et vnā quidē
vtriusqꝫ earū partē asiaticāː alteram vero afri-
canā faciūt. Uel si hoc quidē noluntː aut terras
nō diuidūtː aut nō cū flumine. Preterea alio pa
cto diuidi potest ęthyopia. Omnes eñi qui per
oceanū in africam adnauigarūtː ⁊ qui a mari ru
broː ⁊ ꝗ a colūnis herculeis vsqꝫ ad magnū pro
gressi spaciūː inde cū multarꝫ impedimento mo
lestiarū reuersi sunt Unde vulgo credulitatē
reliquerūtː quod quę intermedia tellure distī-
giturː atqꝫ mare athlāticūː ꝑsertim ad meridiē
spectās totū alluēs iis oēs extrema locaː ad quę
nauigātes aduētarūtː æthyopica vocauerūtː ⁊
hūc in modū renūciauere. Quidnam igitur ab-
surdū estː si talibus auditis sermonibus addu
ctus Homerus quoqꝫ bifariam partitus est? ⁊
quosdā ad orientēː quosdā ad occidētem asse-
ruit. Cum alii qui in medio positi sunt prorsus
ignoti fuerintː siue sintː siue non sint. Ephorus
tamen aliā quidē ꝑuetustā narrat historiāː quā
⁊ Homerū legisse nō rōne caret. Rumor est in-
quit apud Tartessios ꝙ ęthyopes Africā vsqꝫ
ad occasum ingressi sint. Partimqꝫ ibidē mansis
se. Partim vero etiā maritimā magno spacio
occupasse/ facit aūt cōiecturāː eo ꝙ Homerus
dixerit extremos hominū æthyopias biparti-
tos fuisse. Nec in Aristarchū eiusqꝫ sectatores
dicat aliquis. Alia hisce modestioraː quibus a
poeta multā aufert insciciā. Dico eñi ꝑ priscorꝫ
opinione Grecorꝫ sicuti nobiliores ad aquilo-
nē partesː vni ovocabulo scytas vel Nomadas
appellabantː vt inquit Homerus. Posteriori-
bus autem annis notiores ad occasum. Celte
et Hiberiː vel mixto nomine celtiberiː et Cel-
toscytę vocabantː cum gentes omnes sub vno
vocabulo per ignorantiā instituerentː sic ⁊ ex-
posita in meridiē oīa æthyopiā ad oceanū vo-
cari. Testimonio aūt ⁊ hmōi sūt. Nā ⁊ Aeschy
lus in stagnūː quod omnino æthyopas aliːvbi
spectans oīa sol immortale corpus ⁊ equorū la-
borē per feruidas aquę mollis effusiones quie
ti reddit Ad totū eñi meridianū clima hūc ad so
lem vsumː ⁊ ad ęthyopasː eorꝫqꝫ sitū oceanꝰ ha
bere videt. Et euripides in Phaetonte. Tradi
tā esse clymenā Meropiː ⁊ terre eius imperium
habere dicit Quā primā tellurem; Sol quadri
gis exoriens aurea flāma percutit. Eā vero fi-
nitimi facie nigri hoīesː idest Melambrot i la
centē aurorā. ⁊ solarium equorꝫ stationes voci
tant. Nunc quidam cōes ⁊ aurore ⁊ solis ipsas
equorꝫ stationes vocitant. Nunc quidē cōmu-
nes ⁊ aurore ⁊ solis ipsas equorū stationes fa-
cit. Deinceps in sequentibus vicinas Mero-
pis habitaculo dicat esse. Et in toto ipsius tra-
gœdię opere hoc ipsum applicat. Quippe cū

Meroe

Aethyopica loca

Scythe
Nomades
Celtę
Iberi
Celtiberi
Celtiberi
Celtoscythę
Climene
Merops
melābroti

nō adiacētis ęgypto ęthyopię ꝓprium sit: sed
maritime magis: quę meridianū clima totum
attingit. Ephorus etiā antiquam de æthiopia
manifestat opinionē: sicut ait in libro de Euro-
pa. Et cœlestiū ac terrestriū locorū: qui quatu
or in partes diuisi sūt. Eamq3 sub solanū spectat
Indi ethyopes Indos habitare. Ad austrum vero ęthyopas.
Galli Ad occidentē Gallos ad aquilonē3 Scythas.
Scytæ Addit etiam ꝙ æthyopia ꝙ̄ scythia maior est.
Ithaca Ait enī ęthyopū nationē ab ortu brumali vsq3
ad occasus extendi. Scythia vero huic e regio
ne opponitur. Poetā aūt hisce concordare: vt
hinc constat: ꝙ Ithaca ad tenebram id est ar-
cton iacet.
Hæcq3 sub auroræ lucē: solemue seorsum.
Sic vniuersum australe latus appellās. Item
cum dicit.
Dextera siue adeant aurorā: et lumina solis.
Siue petent leuam: tenebrasq3 sub aeris illi.
Et rursus.
Nelatet o socij tenebrę: locus: aut vbi eous:
Aut vbi sol terras subeat mortalia lustrās.
Aut vbi conscendat.
De quibus in sermōe de Ithaca manifest9 dis
seritur: cū item inquit.
Juppiter oceanū atq3 epulas pietate ꝓborum
Aethyopū hesternus petijt. Cōmunius dicen
dum est: oceanū ꝛ ad vniuersum meridianū cli-
ma ꝛ ad ęthyopas institui.
Cuicūq3 enī huius climatis loco mentē appo-
nas: ad oceanū existes: ꝛ ęthiopiam.
Sic ꝛ illud inquit.
Aethyopū ex oris rediēs neptunus et illum.
Montibus e solymis longe ꝓspexit.
Tantūdem dicēs a meridianis locis. Ut si so-
lymos dicat: nō quidē Pisidiam habitantes:
Pisidia sed (vt ante dixi) finxisse quosdā nominis eiuf-
dem: qui consimili ratione sese ad eū in rate na
uigantem haberent. Et meridianos illos: sicut
æthyopas: quēadmodū Pisidici: ꝛ supra pon-
tum: ꝛ supra eos ęthyopas qui ęgypto adiacēt
Grues Sic ꝛ gruum mētionē cōmunem faciēs ait.
Postq̄ hyemem fugitant: nimij quoq3 frigoris
hymbrem:
Oceani aduolitāt refluos clāgoribus ęstus
Cędem pigmęis populis cladēq3 ferentes.
Non enim ꝓ grecię quidē loca grus ad meridiē
delata spectatur. In italia vero: ꝛ hispania nul
lo modo vel Caspia: vel Bactriana. Ad meri-
dianā igitur oram maritimā cunctā extendēte
se oceano: ab vniuersa fugitantes hyemē: ꝛ tra
Pigmei ditos in fabulis pigmęos admittere oportet.
ethyopes Quod si posterioris ętatis homīes ęthyopas
ad eos: qui iuxta ęgyptū habitāt solos tradu-
xerunt. Sic etiā Pigmęorū sermones nihil ad
antiqua pertinent. Etenim arguos: ꝛ achęos
nō cunctos dicim9 qui aduersus Iliū expedi-
tionem suscipere. Homerus aūt oēs appellat.
Simile ꝛ quod loquor est de bipartitis ęthyo
pibus. Oēs accipiendi sunt ad oceani oras ex-
tenti incolūt: ab oriēte vsq3 ad occidentē solē.
Nā qui sic appellant ęthyopes bipartiti natu-
raliter sunt sinu arabico sicut instar fluminis:
meridiani circuli partitione nō contēnenda: lō
gitudine ferme stadiorū supra quindecim milia
Latitudine nō multo maiore ꝙ̄ mille: vbi maxi
ma est. Insuper ꝛ lō gitudini illud adest: istius
sinus secessum a pelusiaco mari tribus vl̄ qua- Isthmos
tuor diebus distare: ꝙ terra ipsa interiacens id
est isthmos continet. Sicut igitur qui eruditi-
ores Asiam ab Africa diuidunt: hunc esse natu
tura cōmodiorem arbitrantur terminū vtriuf-
q3 terrę finium siue Nilum. Illū nāq3 omniformi
ter fere a mari ad mare peruenire. Nilū autem
multipliciter ab oceano distare: ita vt minime
asiam omnē ab africa diuidat. Hūc in modū et
ego poetam ipsum puto oīs meridianas par
tes hoc ipso sinu ꝓ totū terrarū orbem biparti
ri iure cogitasse. Quonā enī mō terrā ipsam in-
termediā. i. isthmō ignoraret: quā ad ægyptiū
pelagus ipse facit: Etenim penitus absurdū est
Thebe si ęgyptias Thebas plane nouit quæ a nostro
mari paulominus stadijs quinq3 milib9 distāt:
recessum autem sinus arabici minime nouerit:
nec mediam ipsi9 latitudinis tellurem: quę non
plusq̄ mille stadiorū latitudinem habet. Multo
aūt absurdius videtur: si ab eodē cognito Nilo
qui tantę regionis idem assecutus est nomen:
eius quidē causam non inspiciebat. Precipue
vero illud ab Herodoto dictū incidit. Cur re-
gio donū erat fluminis: ꝛ ob eam causam meri-
to idem assequebatur nomen. Alioqui ex ijs:
quę apud omnes gentes ꝓpria habētur: ea no
tissima sunt: quę admirationē quandā habent:
ꝛ in aperto cunctis extant. Tale ꝛ Nili incre-
mentum est: ꝛ exaggeratio pelagi. Sicut et ad
egyptū delati: nihil prius de regione ipsa ꝑscru
tantur: ꝙ̄ Nili naturā. Cū indigenę nihil hisce
maioris nouitatis ad hospites narrandū habe
ant. Nec vllas rerum suarum illustriores. Nam
scrutāti de flumine manifesta fit regio qualis
tota sit. Ita ꝛ qui longe audiunt nihil antiqui9
habent: ꝙ̄ vt hoc ipsum inquirant: ad hoc et il-
lud adijcitur: quāto ꝛ ipse poeta discēdi studio
ꝛ peregrinādi cupiditate teneretur. Quarum
rerū testimonio sunt: tum vitę suę scriptores: tū
exempla plurima suis de poematibus desum-
pta. Hic igit̄ ex multis potissimū arguitur: ꝛ cō
probatur: cum dicenda eloquenter exponat. Et
admodū vulgata silentio prętereat: vt per epi
theta. i. adiectiua dicat. Aegyptios aūt ꝛ syros
ad quos noster nūc sermo est mirari oportet: ꝙ
eo disserēte: nec suę quidē gentis: ꝛ agri res in
telligant. Sed ex inscitiā hoīs incusent: cui ob-
noxios illos esse ratio ipsa demōstrat. Simpli
citer autē non iccirco ignorantię signū est: qua
non elōgat aliquis. Nec enī Euripi mutatiōes
nec Termopylas: nec alia complura inter grę
cos celeberrima cōmemorat: haud tamē igno
rasse dixerī. Quod ijs minime videtur: qui spō
te sua surdas occludāt aures. Qui quidem ve-
hementer accusandi veniunt. Poeta sane per
rapida ꝛ incita flumina nūcupat: non torrentes
solum: verū oīa cōmuniter: quoniā hymbribus
aquę pluuię oīa complentur: at (quod cōe est)
excellētioribus peculiare fit. Aliter enī torrentē

aliter perpetuū fluentū a ioue incitatum audi-
rea: hic nāq; aliquo modo cōduplicatur exces-
sus. Et sicut nōnulli super excessibus excessus
sunt: vt illud. Leuiorē subire vmbram. Et illud:
formido losiorem lepore: Phrygam. Et illud.
Agerminiorē tellurē habet: quā epistola laco-
nica. Sic excessus super excessum cōcurrit. cur
incitus a Ioue Nilus dicit. nā rapiditas torrē
tis cætera superat flumina; vsq; adeo incitus
p̄cipitatur. At Nilus ipse etiā torrētes excellit
in tantā vim magnitudinis: tēpibusq; repletus.
Itaq; quādo ipsi poetæ cognitus illi erat euē
tus vt fabulati sumus: etiam de illo tale vsur-
pauit adiectiuū. Quod nec alio quā diximus pa-
cto accipiendū est. Pluribus aūt erupere ostija
quia etiā cōmune pluriū est: propterea mētiōe
dignū nequaq; suspicatus est. Et eo magis quia
ad scientes loquebatur. Sicut et Alcæua sese
in ægyptū peruenisse profatus. Exaggeratiōes
aūt & incrementa: & ex ijs facile possunt intelli-
Pharos gi qui de Pharo tradidit. Is .n. de Pharo sua
tēpa posteritati cōmēdans: magis q̄ fama cō-
munis dixit. Quippe quod a cōtinenti tantum
abesset: quātū per diem nauis cursus est: haud
sane falso vulgatum erat: incremēta & exagge-
rationes tales extitisse. Communiter illū au-
diuisse crediderim. Ex quibus poeta in vnum
conferens; Insulā plus a terra continenti de-
stitisse: quū Menelaus aderat: q̄ tunc suo tem
pore fabulamenti gratia: longe maius adiecit
interuallū. Fabulosæ vero fictiones nō igno-
rātiæ causa fiunt. Signa em̄ profecto sunt neq;
de proteo scripta siue Pymeis; neq; ipse vene-
ficiorum potestates; neq; siquid huius generis
tale fingitur a poetis. Haud .n. per locorū igno
rantiam: sed per oblectamenta et letitiam di
cuntur.
Quoniam igit pacto aquarū expertem: aquas
habere dicit?
Commodus est portus bene structas vnde ca-
rinas.
Post haustas lymphas pōto īducere natātes
Sed neq; Scaturiginē defecisse īposibile: neq;
aq̄tionē ex insula fuisse inquit: sed adductionē
solam propter portus ipsius virtutem. Aquaz
vero exulteriore continente haurire facultas
erat profitente quodammodo per ui simuatio-
nem poeta: quod non ad veritatem: sed ad ex-
cessum figmentumq; poeticū pelago dixit am-
bitam. Quando quidem de Menelai errore di
cta: locorū illorū ignorantiæ adiumentum vidē-
tur afferre. Forte satius: vt in versibus quæ-
sita exponētes hæc ipsa præcidamus & de poe-
ta clariorē suscipiamus defensionē. Thelema-
chum regiorū tectorum ornamenta mirantē sic
Menelaus alloquitur.
Menelai errores Multa quidē passus: multisq; erroribus actus:
Nauibus octauo veni puectus in anno.
Cyprum et Phœnicē ægyptia pulsus ad arua.
Aethio pasq; vagans: & sidonios & etembos
Et libyen adij.
Quęrūt autem qui osnaz ad æthiopas nauigās
ab ægypto profectus fuerit; quoniā maris no

stra multi ethiopes incolunt. Neq; per decensus
Nili præcipuos: idest cataractas vllus est naui
bus trāsitus. Et qui Sidonij sint non enim illi
sunt qui in phœnice habitant. Cum enim gen
ante posuisset: speciē nequaq; addidisset. Quiq;
Erēbi: nouū nāq; est vocabulum. Aristonicus Aristonicus grammaticus
quidē ætate nostra Grāmaticus in libris: quos
de Menelai errore ædidit complurium virorū
sentētias circa omnia ibidē occurrentia capi-
ta conscripsit: Satis erit nobis: si lōgiora præ-
cidētes eos tantum differemus ex ijs qui eius
nauigationem ad æthiopam narrāt: Nonnulli
circunductū per gades cursum tenuisse ad in-
dicā vsq; regionē inducūt. Simul errori et tē-
pus accomodant cum dicitur.
Nauibus octauo veni puectus in anno.
Quidam per Isthmū .i. per intermediā terrā:
& sinū arabicum. Alij per fossarum aliquam.
Circūductus aūt cursus minime est necessarius:
quē Crates introduxit sic īpossibile esse. Etenī
vlyssis error impossibilis. Cæterum ad Ma-
teriā Mathematicam minime vtilis: neq; ad
erroris tempus. Innutæ nāq; moræ: & nauiga-
tionis incōmoditates eum detinuerunt: cum
dicat: quod e nauibus sexagintaquinq; reliquæ
superfuerant et quidem spōtaneæ colligendæ
pecuniæ gratia loquitur. .n. Nestor.
Ille vbi p̄multū cogēs cēsum: haud minus auri
Nauibus errabat phœnicen inde cyprumq;:
Aegyptumq; vagans
Ipsa quidem nauigatio per Isthmum .i. ter-
ram intermediā: aut per fossas acta: enarrata
quidem: in fabulæ formam audienda erat. Nō
enarrata autem superuacue & incredibiliter
introduceretur vtiq; incredibiliter inquam
q̄ ante Troiana tēpora ne vna quidem fossa
erat. Qui autē facere conatus est. Sesostrin
fuisse aiūt. Cæterū iccirco destitisse q: maris
summitatē sublimiorē esse deprehēderat. ter
ra etiā ipsa intermedia haud vllo nauigari pa
cto poterat. Eratosthenes haud rectaz in eo
facit cōiecturam: q̄ ad colūnas vt irēt urnōdū
fracta tellus erat: vt huic interiori cōtinuaret
exterius pelagus: ne cum sublimius: esset ter
ram operiret intermediam. Diruptione vero
facta humilius esse deprehēsum & Casij et pe-
lusij agrū et rubrū vsq; mare detexisse. Quam
igitur de eruptione ista habemus historiā: quod
ante Troiana tēpora nō extitisset? Forassis
pariter Vlyssem hac in occeanū enauigasse fe-
cit diruptione iam peracta. Pariter aūt Me
nelaū ad mare rubrū ab ægypto classe trāsisse:
diruptione necdū facta. Sed enim et Proteū
sic illi dicentem introducit.
Te vero elysiū ad campū: vel ad vltima terræ.
Celestes mittent.
Quæ nam igitur et quod occidentalem hunc
extremum locum dicit.
Adiunctus zephyrus declarat et vltima terræ:
Ast late zephyri stridentis flamina: semper
Oceanus fundit.
Hæc ābigui plena sermonis: & enigmatis. Si
igitur medium hunc agrū poeta: et consiiuum

quādoq̧ extitisse tradidisset: quanto maiorē ad id fidē haberemꝰ: bipartitos æthiopas fuisse: tant maris interiectione disiunctos? Quę pe-cuniaꝝ collectio ⁊ quæstus ab exterio ribus ⁊ Oceanū colentibus æthiopibus Atqui Thelemachus regaliū ornamētorū magnitudinem admiratur.

Electri atq̧ auri argenti simul: atq̧ elephanti.

Verū nulla horū præter q̄ elephanti facultas illis adest. Plurimi .n. et imprimis Nomadea pastores rerū omniū medi ufidius mendacissimi sunt. Adiacet Arabia vsq̧ ad Indiaꝫ. Ex iis sola ex omnibꝰ altera fœlix vocatur. Alterā et si talē non nominat putāt tamē: ⁊ fœlicissimam esse scribunt. Indicā quidem ignorauit Homerus. Quam si nouisset profecto et meminisset. Arabia quæ hac tēpestate fœlix appellatur illis temporibꝰ minime locuples erat. Quin et ipsa admodum erat egena. Cuius ciuitas fuit hominum in tentorijs degentiū. Scenicorum scilicet. Pars ipsius rara ferens aromata. vnde regio vocabulum cōsequuta eū. Quia taliū penes nos rerum pōdus et rarum: ⁊ p̄ciosum est. Hac quidē ętate vbertatem habent: et ditescūt: cū frequēs: ⁊ copiosa mercatura fctā sit Lic autē minime credibile. Ipsoꝝ gratia aromatum et odoramētoꝝ negociatori pariter: et camelario taliū rerū facilis copia est. Menelao vero principalibus spolijs simul: et regum muneribꝰ opꝰ erat: qui et haberēt quod erogarēt: ⁊ libēter cuperēt propter viri claritatē et gloriam. Igitur ægyptii æthyopesq̧ propinqui: et arabes nec omnino inopes erant. Nec atridaꝝ fama illoꝝ aures effugerat. Præsertim ob res in bello troiano magnifice gestas. Vt capessendæ ab illis vtilitatis spes oriretur. Sicuti de Agamenonis Thorace fertur. Quem signū hospitij cynires donauerit olim

Maxima cypilacas volitarat gloria in oras.

Maius nāq̧ erroris spacium in Phoenice. Syria ægypto: et Africa fuisse dicendum est: ⁊ Cypri locis: ⁊ summatim per maritimā nostram et insulas. Etenim cum ab hijs munera cōparasset et ab inuitis discursando prædas vendicasse. Potissimum ab ijs troiani belli socij fuerunt: hinc factum est. Qui vero exterius ⁊ longinqui fuerant barbari nullam eius generis spē ostētabāt. Menelaus igitur in æthiopiā venisse dicitur. Non quod adusq̧ terminos ægypti venerit. Forsan enim propinquiores thebis erāt ea tēpestate termini. Cæterum ⁊ qui nunc ad Syenen: ⁊ Philas pertinēt termini propinqui sunt. Quoꝝ illa quidem ad ægyptum est: Pilæ vero æthiopum: ⁊ ægyptiorum cōmune domicilium est. Cum igitur ad Thebas profectū licet: vel ad vsq̧ terminos: vel vltra æthiopas: ⁊ eo amplius: q̄ regali fretus esset hospitio: haud vllū inconueniens. Sic ⁊ Vlysses se ad Cyclopū terram peruenisse inquit: e mari ad speluncā vsq̧ profectuꝫ. Etenim vspiam in extremo cōsistere ait: ⁊ in æoliꝫ quidē: ⁊ ad Lestrygonas: et alioꝝ sum: vbicūq̧ stetit in anchoris: eo p̄uenisse dixerit. Eodē modo Menelaus in æthiopiam. Sic etiā in Affricam: q̄ alicubi ad ea loca applicuit Ex quo ⁊ Ardanię portꝰ supra Paretoniū: Menelaus vocatur. Quod si phoenices ⁊ Sidonios interloquendum: idem eoꝝ Metropolin nominat: consueta: vtitur figura. Sicut Troas adit: simul hectora naui. et illud

Magnanimi nec erat proles tunc œneos vlla.
Ia nec erat. meleager obit sub funere flāmis.

et illud.

Idam adeunt ⁊ gargaron et illud.
Euboeamq̧ tenent cum chalcide. eretriamq̧:

Et sapphon.

Seu te cyprus hꝫ: seu te paphus: atq̧ panormꝰ

Et p̄terea loci alij superant. Atqui ⁊ cum iam phoenicis meminisset: proprie ⁊ Sidonē cōnumerasset. Denuo inquit: quod nōnulli inquirūt: ad cōnumerandas eni ordine gentes satis erat hunc in modum dixisse.

Cyprum ⁊ phoenicē: ęgyptia littora oberraus.
Aethiopasq̧ adij.

Vt autem et Sydonios peragrasse: ⁊ eam amplius peregrinationē exprimat: eorum fœlicitatē laudibus manifestat: siue repeteret: siue assumeret ex artis bonitate se v n̄ habere. Et Helenam cum Alexandro hospitaliter acceptā ab eius loci hominibus.

Quocirca ⁊ Alexandro multa eius generis adsistere dicit.

Vestia erat varia: quam perfecere marite
Sidoniæ. sidone vehit quas nauibus ipse
Pulcher Alexander.

Nam quo ꝓ p quam subuerit Helenam: ⁊ apud Menelaū exponit. Telemacū eni alloquēs ait.

Extructum c atera dabo: est argenteus omīs.
Labra micant auro p̄tecta: est mulciber autor.
Sidonius tribuit rex nunc clarissimus heros.
Illuc me placida protexerat æde reuersum.

Ad excellentiā dictū accipe oportet. Est Mulciber autor. Sicut etiam pulchra opera Mineruæ dictitantur: ⁊ gratiarum et musarū: cū quod hoīes ipsi ornatissimis artibus celebrati essent Homerus Craterem laudibus extollens ostēdat. Quē Euneus ꝓ lycaone tradiderat. ait em̄

Ipse decor reliquos toto vincebat in orbe.
Sidonij ingenijs varijs atq̧ arte crearunt.
Attuleranto; viri phoenices.

Multus etiam de Erembis factus est sermo. Lōge verisimiliꝰ dixere: q̄ eos Arabes eē putāt Noster autem zeno hoc modo scribit.

Aethiopesq̧ adij cum sidonijs arabasq̧.

Scripta quidem cum peruetusta sint: mouēda non sunt. Satius est vocabuli mutationē accusare quę per multa: ⁊ cunctis ingentibus vulgata extitit. Quippe nōnulli variata litteris ipm fecere nomē. Optime ⁊ ī hoc loco dixisse visus est Posidonius: qui ab gentiū cognatione ⁊ cōmunione veram nominis rationē id est Ethimologiam explicat. Nam Armenioꝝ: Syrorum: ⁊ Arabum natio magnā præ se fert generis coniunctionē: seu linguam: seu viuendi ritus: siue corporis liniamenta consideres: cum maxime finitimi sint. Indicio est Mesopotamia ex hisce tribus constituta gentibus. Præcipue ex ijs

Margin notes: Arabia — Menelai errores — Syene/philæ — Vlyssis errores — Ardania Menelaus portus — Mulciber opera — Mineruæ opera — Gratiarum opera — Erembi — Armenij — Syri — Arabes — Mesopotamia

similitudo manifesta est: q̄ si qua sane fit trans
climata differētia ea vt plurimū fit inter septē-
trionales: et meridionales populos: & cum iis
inter illos præcipue qui regionis incolunt ter
minos medios. Sed quod cōmune est obtinet.

Arimani Arammei.

Assyrii quidem et arimani: & armenii quodam-
modo pariter se habent: et ad hos & ad se inui
cem. Harum vero gētium appellationes inter
se q̄ similes esse iectur. Ipsi enim Syri: quos
Syros nos ipsi vocamus: Armenios & aram-
meos vocant. huic autem viceri armenios et
arabas: et Erembos græcis fortasse ipsis hoc
modo arabas vocantibus. Simul & ad id vera
vocabuli significatione: id est Etymologia ad-

Troglodytæ.

iuuante. Quia enim terrā subeant: id est antra:
multi troglodytas quasi antricolas: quos su-
scipientes posteri vulgo per nominis etymolo
giam apertius troglodytas dixere. Ibi ex ara-
bibus sunt qui ad alteram sinus arabici partē
vergunt ad ægyptum & æthiopiā. horum meminis
se poetā: et ad eos Menelai profectionē dixis-
se credibile est: & eo ad æthiopiā quem dixi mo
do. Etenim hi quoq; Thebaidi propinqui sunt:
similiter non operandi: aut lucrandi gratia no-
minati: haud enim hoc multū esset: verum pere
grinationis longinquitate: et celebritate. Cele
berrimum est namq; tam remota peragrasse lo-
ca. Tale et illud est.
Hic hominū multas vrbis et pectora nouit.
Plurima perpessus multisq; erroribus actus.

Arabus Hermaon.

Hesiodus in catalogo inquit: Arabi puellam
quā Hermaon genuit: & Beli solio digna puel-
la regis: vt ait Stesichorus: Credendū igitur
est: q̄ ab isto Arabia iam tum noīabatur. Heroū
vero annis nondū fortasse. Qui autē Erembos
fingunt: propriū vnū Aethiopiæ genus: & aliud
Cephenorum: et tertiū Pygmæorum & alia innu-
merabilia minus credulitatis cōsequerentur:
cū præter hoc quod haud fide digna proferāt:
quandā poeticæ et historicæ figuræ confusio-
nem demōstrant. Similesq; illis sunt qui Sido
nios in mari Persico: aut alibi ad oceanū ferāt:
et Menelai errorē: & Phoenicis extra oceanum
ponentes. Huius autē incredulitatis causa est
non minima: q̄ sibiipsis dicendo inuicē aduer-

phoenices Sydonii

santur. Quidā enim phoenicas: et Sidonios: q̄
nobis ppinquiores sunt ex oceano in Colonias
deductos esse tradunt. Et q̄ amari rubro sunt
Phoenices. i. rubros vocatos fuisse adiiciunt.
Nōnulli illos ab istis esse dicūt. Sunt etiā qui
æthiopiam in nostrā Phoenicē traducant. Et

Andromeda

res de Andromeda gestas in lope ptigisse aiūt.
Non quidem per locorum aut rerū quæ dicuntur
ignorantiā: Sed fabulæ potius figura. Sicut
penes Hesiodum: atq; alios quę profert: Apol
lodorus nesciens profecto quem in modū ista
Homeri rebus apponit. Res enim Homeri ad
Pontū & Aegyptum apponit inscitiā causatus:
quod cum existentia cōmemorare velit: nō ta-
men existentia cōmemoraret. Sed non existen
tia: velut existentia per ignorantiā. Hesiodū ne
mo vtiq; inscitiæ criminaretur qui semicanes:
et lōga ferentes capita dicit: & Pygmæos. Hæc

enī haud Homeri sunt fabulosa fingētis. Quo
rum e numero & isti existunt Pygmei. Neq; alc-
manis qui digitos interiectos alios pedum di
gitis scribit. Nec Aeschylus: qui canino capite: &
oculatis pectoribus: & monoculos. Quibus in
rebus nec ipsis qui pedestri sermone historiæ
formam conscribunt mentē in multis adhibebi
mus: nisi fabulamēta sese conscribere profitea
tur. Namq; initio statī clarū est: eos fabulas spō
te sua contexere: non per rerum ignorantiā: sed
impossibiliū figmento admirationis: & volupta
tis gratia. At per ignorantiā putantur: quū ma
xime & credibiliter talia de occultis & ignoratis
per fabulamenta conscribunt. Cæterū Theo-
pompus interdicendū sese fabulas in historia
narraturū confitetur. Melius quam Herodo-
tus: & Ctesias: & Hellanicus: et cæteri: qui res
Indiæ litteris prodiderunt. Verum de obtin-
gentibus Oceano: in fabulę modū cōmemora-
tum est. Nam de illo coniectura poetæ faciēda
est. Ab aquarū enim siccitatibus: et alluuioni-
bus de charybdi fabulas ipse confecit. Cum ta

Charybdis.

men illa penitus Homeri fabulatio nequaquā
existat. Sed ex iis quę de freto Siculo ab hi-
storia traduntur ante cōparata. Nam cum bis
fiat die noctuq; recursus: si ter ille sic dixerit.
Terq; die reuomit: ter sorbet unde refluxus.
Haud per historiarū ignorantiā hoc fieri suspi-
candū est: sed per miseriā ac terrorem: quē inter
loquendū Circe permultum adiecit auertendi
gratia: vt ipsis in versibus mēdacium misceret
quum ea dixit hunc in modum.
Terq; die reuomit: ter sorbet: deinde refluxus.
Terrificum est: ibi ne fueris sorbēte charibdi.
Te neq; ab hac peste seruauerit ennogiseus.
Atqui eam in sorbitionem incidit Vlysses: nec
tamen (vt inquit ipsemet) extinctus est.
Illa quidem falsos sorbebat ab ęquore fluctus.
Ast ego tollebar caprifici in vertice summe.
Cui steteram fixus ceu vespertilio.

Ter p latino

Tolerans inde naufragia: et ab eis rursus in-
terceptus saluus euasit. Vñ Circe mētita est: &
sicut hoc sic et illū. Terq; die reuomit: p bisq;
die reuomit: cum huiusmodi suplatio ab oībus
vsurpetur. Unde ter beatos: & ter infœlices di-
ctant: & poeta ipse. Ter beati danai: et ter beni-
gna ter exorabilis. Et terq; quaterq;. Forte ali
quis ex loco signum faceret: q̄ aliquo modo ve-
ritatē sub velamine dicat. Ad id enim quod bis
in vtroq; diei ac noctis tempore fiat refluxus:
magis cōuenit: q̄ ad id qđ tanto tēpore ter di-
mersa maneāt naufragia. Tarde vero reiici cū
optaret: et assidue ramis detineretur.
Continue specto reuomit. dū ex æquore retro.
Carbasa vel proram: sed spea tardissima venit.
Quando e consilio vir cœnæ ad fercula surgit.
Atq; fori lites diiudicat ordine multas.
Tēpore in hoc resonās mihi pandit dona cha-
rybdis. Cuncta hæc: notabilia cuiusdā tēporis
indiciū exhibent. Præsertim cum vesperā intē
disse: ne cōmuniter quidē inquit. Quādo iudex
exurgit. Sed quādo lites multas diiudicat: vt
ita vel lōgiorem quādā morā protrahat. Alio-

quin haud credibilē naufragio liberationē subiecisset: si prius ꝙ̄ extraheret: confestim multo retro refluxus ipse recideret. Reprehendit autem Apollodorus Callimachū assentiens. Eratosthenii: quoniā licet esset grammaticus vltra Homericā materiam: ⁊ exteriorē per oceani locos cursum circa quem errorē asserit. Caunum nominat: et Corcyrā. Quod si nullibi quidē error extitit: quin totū Homeri figmētū est recte fit increpatio. Sin autē extitit: verum alia circū loca confestim illa dicenda sunt: et illius corrigenda est ignorantia. Totū autē esse figmentū nequaꝙ̄ verisimile dicit: quēadmodū ostēdimus. Nec aliorꝫ locorū prout maior demonstratorum est fides. Et a criminatione liberari Callimachus posset. Nec enim probe Scepsius Demetrius: qui quorundā Apollodoro delictorꝫ causa extitit aduersus Cyzicenū Neanthem: ambitiose contradicēs. Neanthes eni dixerat: ꝙ argonautæ ad Phasin nauigātes: Homeri ⁊ cæterorū dictis sup navigatione cōcordans. Ideæ matris sacra apud Cizicū collocarant in ea regione principē. Nequaꝙ̄ vero exploratā Iasonis peregrinationē ad Phasin Homerum habuisse: hoc non modo cantatis ab Homero: sed etiā suisipsius dictis repugnat. Homerus enim Achillē: ⁊ lesbū: et alia loca populatum a Lēno cæterisqꝫ propinquis insulis sese cōtinuisse dicit

Euneus Iasonis filius.

propter Iasonis: eiusqꝫ filij Eunei cognationē ea tēpestate insulæ imperiū obtinētis. Quonā igit pacto id poeta quidē sciuit: qđ vel genere vel gēte: vel vicinitate: vel quouis modo necessarij fuerat: ⁊ Achilles ⁊ Iason: ⁊ nō aliunde sane: nisi ꝙ ambos Thessalos fuisse contigerat.

Iolcus Pythia

Hūc quidē ex Iolco: Achillē ꝓ e Pythia achiua. Id autem ignorabat vnde euenisset Iasoni Thessalo: et Iolco existēti: qđ is sibi in natali solo successorē ⁊ hæredē neminē reliquisset. Filium vero in Lemni ditiōe cōstituisset: Peliaqꝫ et Peliæ filias: ⁊ earum pꝛęstantissimā: et eiusqꝫ filium nouerat Eumelium.

Eumelius Alcestis

Quem parit admeto matrona alcestis honora.
Quæ peliæ natas formas superauerat omnis.

At Iasonis casus ⁊ Argo: ⁊ argonautas vulgo manifestos: ne audierat quidē. Aetæ vero navigationē ꝑ Oceanū fingebat nullū ab historia captans exordium. Nā ꝙ nauigatio ad Phasin primū (vt oēs asserunt) fidē habet mittēte Pelia: et reditus ipse: ⁊ internauigandū: ꝙ insulas occuparit: ⁊ ꝙ sicut Vlyssi ac Menelao amplius medius fidius factus est error: hac etiā mōstrat et credit ætate: et ex Homeri carmine. Etenim

Aeea vrbs aeta.

Aeea circa Phasin vrbs ostēditur ⁊ regionis Colchidis imperiū Aeta tenuisse credit. Et indigenis hoc ipsum gētile nomē illic est. Et Medeam veneficā extitisse memoriæ tradit. Et regionis eius opes: ⁊ auri et argēti: et ferri metallis: iustam quandā in ea loca expeditiōis subalegant occasionē. Quo Phyxum antea ꝑ mare transmisisse ferunt: ⁊ amborꝫ militiæ monumēta extant. Phyxium eni in Colchidis: ⁊ hiberię confinibus est: Et Iasonia multis in locis: et Armeniæ: et Medię finitimis ostentantur.

Phyxium Iasonia Iasonis nauigationes

Atqui ⁊ circa Sinopē: eiusqꝫ maritimā orā et Propōtidem: ⁊ Hellespōtum vsqꝫ Lemnum: cōplura rerum ab Iasone ac Phyxo ea in militia gestarum ferunt indicia. Colchorū ꝓ Iasonē insectantiū vsqꝫ in Cretā: et Italiā: ⁊ Adriā. Quorꝫ nonnulla quoqꝫ designat Callimachus. Tunc quidē Aegleten linquēs ⁊ Anaphē: vicinas Lacedæmonię Thęre inchoat: ⁊ ab Aeeta Cytheo rursus ad antiquā semidei hermionē nauigauit. Cum de Colchis ait. Hi in traiectu illirico amissis remigijs apud flauæ armeniæ anguem oppidū condiderūt. Quod quidē cū e profugis quidā Græcos asseruisset: at eorꝫ lingua Polas noīauit. Quidā maximā Istri partē Iasonē annauigasse cōmemorāt. Aliqui autem vsqꝫ ad sinū adriaticū. Quidā sane ꝑ locorꝫ inscitiā. Alij per fluuiū Istrū dicunt: qui ab magno inchoans Istro effundit in adriā. Hæc ꝓbabiliter: ac nō incredibiliter dicta sunt. Poeta igit tales nactus occasiones quædā historicis cōuenientia: minimeqꝫ discrepātia dicit. In his etiā seruato more suo: ⁊ cōi fabulas immiscet. Minime autē discrepat: quō æetā noīatim explicat. et Iasonē ⁊ argo dicit: ⁊ præter Aeean effingit: ⁊ Euneū in Lemno cōstituit. et Achilli dilectā facit insulā. Et pꝛęter Medeā Circē veneficā perniciosi Aetæ sororē facit. Adijcit vero fabulose extra per Oceanū occurrētes errores: ea in nauigatione cum suppositis istis illud apte dicat. Curę existens oībus argo. Perinde ac cognitis in locis ac populosis nauigatione futura. Quod si quēadmodū Scepsius inquit: Mimnermū testem accipiēs: domiciliū Aeetæ in oceanū ad orientē faceret. Exterius iasonem missum a Pelia esse: ⁊ pellē reportasse: nulla ratione credibiliter ea ad pellē trāmissio diceret ad ignotos obscurosqꝫ locos. Nec ipsa nauigatio per deserta et inculta peregrinans vsqꝫ adeo gloriosa: ⁊ omnibus curiosa fuisset.

Pole vrbs Ister

Circe

Nec vero ad pellem quo tēpore scandit Iason:
Mœstum de terris ipse profectus iter.
Tristia crudeli peliæ certamina patrans.
Oceani refluas tum petijsset aquas. et illud.
Tunc radijs alte sol splendidus actus in vrbē:
Aeetæ auratis emicat in thalamis.
Littore ab oceani diuus veniebat Iason.

Neqꝫ probe illud Eratosthenes: qđ de hoībus nulla dignis memoria amplius mentionē facit. Quorꝫ nōnulla redarguit: nōnulla credit: et testes illos vsurpat Sicut Damasten: ⁊ alios generis eiusdē. Quoniā ⁊ si qđ veri prædicāt: non in eo testibus illis vti oportet. Nec ob eā causam fides est eis habēda. At dignis ⁊ grauibus tantūmodo viris sic vtendū est: qui quidē ꝑmulta bene disseruerunt. Multa vero omisere: vel nō satꝫ plene explicuere. Nec vero falso teste vtitur Damaste: nec quicꝙ̄ differt: si testē vocaret Bergeum vel Messeniū Euemerū: et reliquos quos ille nominat: eorꝫ ambages accusans. Ipse horꝫ vnum deliramentum cōmemorat: quod Arabicum sinum lacum esse censent. Diotimen quoqꝫ Stromibichi filium legatiōes Athenēsium enarrantem e Cilicia per Cydnū in Cho-

Choaspes fluuius. Susa. Cydnus fluuius.

aspen flumen adnauigasse: qui præter Susa defluit. Et quadragesimodemũ die ad Susa peruenisse. Hæc sibi narrasse Diotimen, indemiratur si possibile fuit. Cydnũ itercisco Euphrate atq; Tygri in Choaspen irrũpere. Aliqs nõ modo hoc annotauerit: sed & alia: qđ de locis sua nõ dũ ætate cognita singula exquisita digeste esse dicat. iubensq; ne leuiter quibuscũq; fidẽ adhibeamus: et causas pluribus reddens: propter quas haud ita nobis fides præstanda quibusuis sit. Sicuti de Ponto: & de Adria: ipse tamẽ nescio quibus credidit.

Issicus sinus Dyoscuriade.

igitur Issicũ sinũ lõge magis ad Orientẽ expositũ q̃ mare nostrũ putauit. Signũ cum orienti vicinior tribus ferme stadiorũ milibus sit: quam Dyoscuriade quæ in secessu Ponti est. Et scđm ipsum ex stadiorum mensura: quã de adria dicit & septẽtrionalia: et alia nomiatim loca extrema exponẽs a nulla tẽperat fabulatione: fidẽ quoq; præterea habuit de exterioribus colũnis Herculis pluribus fabulamẽtis: & insulã Cernen: & alia nominans loca: quę hisce tẽporibus nusquã monstrantur: de quibus memoriã postea faciemus. Vetustissimos inquit: aut piraticã: aut mercaturã exercẽtes eo nauigasse: non in pelagus quidẽ egressos: sed Iasonis modo præter littora permeasse. Quẽ quidẽ in Mediã vsq; & Armeniã & Colchos nauibus omissis bellũ intulisse. Postremo dictitat ãtiquis tẽporibus neminẽ aut mare euxinum: aut præter Lybiã Ciriã Ciliciã nauigijs adire ausum. q si antiquos eos dicit qui nostrã ante fuere memoriã de illis seu nauigarint seu non: nulla mihi sane cura est. Sin eos inquit qui memoriæ produntur nullus eloqui sane torpesceret aut vereret: qđ veteres & maritima & terrestria longinquius emensi fuerint itinera q̃ posteriores videãtur: si animos ad ea quę de illis posteritati scriptis cõmẽdata sunt adhibuerimus. Sicuti Liber pater Hercules et Iason ipse quidẽ. Illi etiã de quibus poeta cecinit. Vlysses Menelaus Theseus Perithous: q longinquas subiere militias: vt fama fert vt imortalia de se monumenta relinquerent: vt etiã ad iferos vsq; penetrarent.

Castor Pollux

erat facturus. Claſſem aūt naro tradidit. One
ſicrito nauiū pręfecto iubens: vt ordinate ſeque
rentur: ⁊ eius itineri pręternauigarent. Nam et
Nearchus refert: iam rege iter pagrante. ipm
i autūno ſub veſpertinū exortū Pleiados: naui
gationem incœpiſſe quū nondū apti flatus ſpi
rarent barbaris eos adorientibus: atq̄ vrgen=
tibus. Jam. n. abeunte rege libertatē ⁊ audaciā
cœperant. Craterus ab hydaſpe mouens per
Arachotos ⁊ drāgas in Carmaniā profect⁹ eſt
Alexander per ſterilē terrā toto itinere penu
ria laborauit: e longinquo tamen parua quædā
Arachoti. Drangæ. ⁊ rara veniebant vt exercitus fame pręmeretur
⁊ iumenta deficerent ⁊ in viis ⁊ in caſtris impe=
dimenta relinquerētur. Palmarum fructus et
medula multos ſeruauere. Dicunt Alexandrū
ſummopere cōtendiſſe. cum difficultates ſciret
ex fama quę obtinebat. Semiramim. cū. xx. in=
columē euaſiſſe: cyrum vero cum. vii. Si poſſet
ipſe victor per eadē loca: tantum exercitum in=
columen educere. pręter cęteras difficultates
grauis erat æſtus ⁊ arenæ profunditas ⁊ ar=
dor nōnullis in locis arenæ cumuli muniebant
vnde difficulter pedes referri poterāt: tanq̄ ex
aliquo profundo accliuia quoq̄ ac decliuia fre=
quentia erāt. Ad hęc diurna etiā itinera longa
fieri oportebat: ꝓpter aquarū inopiam ducente
nū quadrigentenūue ſtadiorum nonnunq̄ etiam
ſexcentenū frequentius noctu iter agebant. ca=
ſtra procul ab aquis ponebāt: ſæpenumero in
tricenis ſtadiis ne ꝓpter ſitim nimis implerent
Nā multi aquā nacti: cū armis bibebant in eā
ſe immergētes vnde intumefacti exanimes flui
tabant: quapropter aquę oēs cū breues eſſent
cōtaminabantur: Alii ſiti perditi: in media via
Alexandri exercitus ſitis. ad ſolem iacebant: deinde tremuli cū manuum
ac pedū cōcuſſu moriebātur ac ſi a b rigore at
q̄ horrore detinerentur. Cōtigit etiā vt nōnulli
iter deflectentes cū ſopirent ſomno ⁊ laſſitudi=
ne ſuperati: vñ poſtea viarū errore ⁊ omniū diffi
cultate: ⁊ æſtu deperibāt: fuere q̄ poſt multas
ærūnas ſeruarent. Diluuiū quoq̄ torrentis per
noctē ingruētis: multa corpora: ⁊ vtēſilia obru
it: ⁊ maxima pars regię ſupellectilis deleta eſt.
Sępe viaꝝ duces ob locoꝝ iperitiā in mediter
raneā diuerterūt: adeo vt nō amplius mare ap
pareret: qđ rex intelligēs: mox ad q̄rendū litt⁹
ꝓperauit: in quo poſtq̄ effodiēti aqua potulēta
inuēta ē: exercitū propere acceſſit: ac deinceps
vſq̄ ad diē ſeptimū ꝑ littoreā regionē ꝓfectus
eſt aquis abūdās: poſtea mox in mediterraneā
receſſit. Erat arbor lauro ſimilis: qua guſtata iu=
uenta oīm cū ſpuma in morem comicialis morbi
emoriebāt. Spina quędā fructibus in terrā fu
ſis quemadmodū cucumeres erat ſucco plena:
cuius aſpergines in quodcūq̄ aīal incidiſſent:
id oculis excęcabāt capiebant. Crudę palmulę
multos enecabāt: a ſerpentibus etiā periculuꝫ
aderat. Nā in arenę cumulis herba quędā inna
ta: ſerpentes occultabat: a quibus icti illico mo
riebātur. Dicunt apud Oritas: lœtiferis vene=
nis ſagittas pęruſtas illini. Quū q̄ ptolemæus Oritaꝝ ſagittæ.
ſaucius pericl. taret: ferunt quēdam Alexandro Alexandri viſio.
in ſomno aſtitiſſe: atq̄ ei radicē cum ramo oſtē
diſſe: quā cōtritam ſaucio imponi iuſſit. Exper=
rectū a ſomno ⁊ viſi memorē quæ ſitam radiceꝫ
inueniſſe: quæ multa aderat. Atq̄ ⁊ ipſum: et
alios vſos fuiſſe: Ac barbaros quū inuētū reme
dium vidiſſent ſe Alexandro dediſſe. Veriſimile
profecto eſt aliquē eā regi indicaſſe: ſed adula=
tionis gratia: adiūcta fabula ē. die ſexageſimo
in Gedroſioꝝ regiā ab oritis veniēs: cū exerci Gedroſia.
tus paululū quieuiſſet ī Carmaniā profectus ē
Auſtrale Arianæ latus huiuſmodi ſitū ore ha=
bet ⁊ vlterioris gedroſiorū et oritarum. terræ:
quę prox. me imminēt. Multa. n. eſt gedroſia: ⁊
in mediterraneā recedit quouſq̄ Drangas cō=
tingat ⁊ Arachotos ⁊ paropamiſades; de qui=
bus Eratoſthenes ſic ait: nihil. n. habem⁹ quod
q̄dē melius de ipſis dicam⁹. Dicit ergo Arianā Drāgæ.
ab Oriente Indo terminari. Ab auſtro mari Arachoti.
magno. Ab aquilone Paropamiſo: ⁊ ſequenti= Paropamiſadæ.
bus mōtibus vſq̄ in caſpias portas. A b occi= Ariāe fines
dēte iiſdeꝫ mōtibus quibus parthia mediā ver
ſus. Carmania vero paretacinā ⁊ perſiam ver=
ſus terminata eſt. Regionis latitudo eſt indi lō
gitudo: a paropamiſo vſq̄ ad oſtia. xii. ſtadio= Carmania
rum ſunt qui. xiii. millia faciāt ⁊ lōgitudo a caſ=
piis portio duplex eſt: vt in Aſiaticis itinerib⁹
deſcriptū eſt. Nā Alexandriam vſq̄: quæ apud
arios eſt. A caſpiis portis: per parthiā vna ea=
dēq̄ via eſt. poſtea eſt: quę recta it per bactria
nam: ⁊ mōtis tranſcēſum: q̄ in oroſpana fit per
triuium: quę ex bactris ē apud Paropamiſadas
Altera paululū ab aria auſtrū verſus deflectit: Triuis.
ꝓpthaſiē. Drangiane poſtea rurſum: vſq̄ ad in
dię mōtes: ⁊ Indū flumē: quare ea: q̄ ꝑ drāgas
it: ⁊ Arachotos vniuerſa lōgior eſt. xv. millibus
ſtadioꝝ: ⁊. ccc. Si quis aūt mille ⁊. ccc. detrahat
habebit reliquā regionis lōgitudinē in rectuꝫ
xiiii. millia: q̄ non multo minor eſt: q̄ maritima
ora: ⁊ ſi nōnulli ad. x. millia carmaniā addāt ſex
milliū eā ponētes: aut. n. cū finibus ponere eam
videbuntur: aut cū ora Carmanica: q̄ intra per=
ſicū ſinū eſt. Arianæ nomē vſq̄ ad partē quādā
pſarū: ⁊ medorū ⁊ ſeptētrionaliū bactrianorū: ac
ſogdianoꝝ extēditur. Sūt. n. quaſi eiuſdē linguę
Gentiū ordo eſt huiuſmodi. Sec⁹ indū ſunt pa= Arianæ.
ropamiſadæ. quib⁹ paropamiſus mōs iminet: Paropamiſadæ.
Poſtea Arachoti ad auſtrū: deīceps ad auſtrū paropamiſus.
Gedroſini ⁊ alii q̄ orā habent oībus. n. ad loco=
rum latitudines Indos adiacet: eorum quę ſe=
cus indum ſunt partem habent Indi: cum pri⁹ Arachoti.
eſſen perſarū: Ea Alexander Arianis ademit: gedroſini.

⁊ per ſeſe cõſtituit. Poſtea ſeleucus nicator ea
dedit Sadracoto contracta cũ eo affinitate: ac
pro iis .l. elephantes accepit. Paropamiſadis
ad occidentẽ Arii adiacẽt: Arachotis: ⁊ Gedro
Seleucus ſiis drangæ. Arii ⁊ ad aquilonẽ. ⁊ ad occidẽtem
Sadrocotue drãgis adiacent: aliquantum quodãmodo cir-
cundati. Bactriana ad ſiniſtram Ariæ adiacet
Arii. ⁊ Paropamiſadis: per quos Alexander cauca
Drangæ ſum traſcendit in Bactrianã. deinceps ad occi-
Bactriani dentẽ ariis parthi adiacent: ⁊ loca caſpiarum
Parthi. portarum. Parthis autem ad auſtrum Carma
Carmania niæ deſerta: poſtq̃ reliqua Carmania ⁊ Gedro
Gedroſia. ſia: ſed pdicta montana maxime cognoſcẽtur:
Drangæ. ſi quis viam nouit qua vſus eſt Alexander: quũ
Caſſiteroſ. bellum ex parthia in Bractianã perſecutus ẽ.
Euergetæ Nam in Arianam venit: poſtea in Drãgas: vbi
paropãiſii. philotas deprehenſis inſidiis Parmenionis fi
Bactriani lium interemit. Patris autem interfectores: q
eum vt conſilii conſcium: interemerãt: miſit ec-
batana. Dicũt eos camelis dromodariis .xxx.
xl. ve dierum itinere in diebus .xi. peracto rem
cõfeciſſe. Drãgæ alioquin perſice viuentes: vi
ni copiam nõ habẽt. Naſcitur quod eos caſſite
ros deinde. ex drangis Alexander venit in euer
getas: quos Cyrus ſic nominauit: ⁊ in ea Ara
chotos per Paropamiſadas Pleiade occi-
dente: nam ea regio mõtana eſt: ⁊ in ea tunc ni
gebat: quare difficulter adibatur: ſed frequen-
tes vici ⁊ rerum omnium copioſi pter oleum:
eorum moleſtias leuabat ad ſiniſtram ſummo
mõtiũ habebant. Ad meridionales paropamiſã
ptes idica ſũt ⁊ ariãa ad ſeptẽtrionales ⁊ occidẽ
tales Bactriana. hyeme ibi peracta ⁊ vrbe con
dita: habens Indiam ad dextram tranſiuit in
Bactrianam: per iter arboribus nudum preter
q̃ Terminthoo eoq; non multo fructicoſo: tamẽ
in ſumma frumenti inopia: vt iumentorum car-
nibus veſcerẽtur: atq; iis crudis propter ligno
rum penuriam: ſed ad hanc cruditatem concoꝛ-
quendam. Silphii copia aderat. Quintodeci-
Adrapſa. mo die ab hibernaculis: ⁊ vrbe quã cõdiderat
Choarina Adrapſa peruenit Bactrianę vrbem circa has
partes: quæ Indis ſunt conterminæ eſt choa-
rina ex omnibus quæ ſub ſunt parthis Indię
proxima. Diſtat ab ariana per arachotos ⁊ dic
ta mõtana .x. ⁊ nouem millibus ſtad ⁊ hanc re-
gionem Craterus oẽm pmeauit ſubiugãs eoſ
qui parere recuſabant: vt cũ Alexandro iũge-
rẽtur: ⁊ profecto ſub idẽ fere tẽpus vtriq; exer
citus pedeſtri itinere in carmaniam concurre-
runt. paulopoſt Nearchus in arabicũ ſinũ naui
gauit: multa ⁊ propter errores ⁊ erũnas ⁊ ceto
rum magnitudinem perpeſſus ⁊ q̃q̃ veriſimile
eſt nauigantes multa garrire verumtamẽ ma-
la ſibi immuniſſe ſignificarunt: ⁊ ſi magis metus
q̃ periculũ affuit periculũ eos turbabãt phyſe
terũ magnitudine fluctũ maximũ ⁊ accumu-
latum ⁊ caligine tantã reſpirationibus excitãtes
vt quę antepedes erãt cõſpici nõ poſſent. Sed
cũ nauigationis duces illis timẽtibus ⁊ cauſaꝫ
ignorãtibus indicaſſent: beluas eſſe quæ facile
tubaruꝫ ſonitu ⁊ plauſu exaudito diſcederent.
Nearchus naues influctũ eget qua maxime ar
cebatur ac tubis beluas exterruit. Illę vndas
ſubeuntes nauale certamen a puppi minaban-
tur verum ſubito ceſſauere. Quod nunc in In-
diam nauigant beluarum quidẽ magnitudines
referunt: quę nec gregatim nec ſæpius ſe offe-
rant ſed diſcedant clamore ac tubis repulſę. Di
cunt eas terræ nequaq̃ appropinquare: oſſa ve
ro iam diſſolutarũ a fluctibus facile eiici: ⁊ ma
teriam faciẽdarũ tegetuꝫ Ichthyophagis ſup Cetorũ magnitudo.
peditare. Nearchus cetorũ magnitudinem vi-
cenum ⁊ ternum paſſuũ refert quod aũt pro ve
ro ab iis habebatur qui in claſſe erant: Near-
chus falſum redarguiſſe dicit: q insula quædaꝫ
eſſet in trãſitu quę accedentes quoſq; abole-
ret. Nã cũ lẽbus qdã ꝓpe inſulã nauigaſſet: nũ-
q̃ amplius viſus ẽ: vñ hõis adinquirendũ miſſi
cũ in inſulã exire nõ auderent ſed pter nauigã
tes clamore: amiſſos reuocarẽt: nemie exaudiẽ
te reuer ſi ſunt: cũ itaq; omnes crimẽ in iſulã cõ
ferret nauigaſſe ſe dicit: ⁊ adacta naui cũ parte
nauigantiũ egreſſum: inſulã omnẽ colluſtraſſe:
quũq; nullum quęſitorum veſtigium inueniſſet
re deſperata rediiſſe atq; docuiſſe falſo inſulam
criminari: nam ⁊ ſibi ⁊ ſociis idem fuiſſet: interi
tus: ſed alius profecto exitii mod⁹ eſſe lẽbo de Carmania
buit: cũ infinita accidere poſſint. Carmania ab
Indi oſtio vltima eſt: At primũ quidem eius
promontoriũ ad auſtrum in mare magnum ex-
poſitum eſt quum vero perſici ſinus os fecerit
ad promontorium fęlicis Arabiæ quod in con
ſpectum eſt perſicum ſinum verſus inflectitur:
quouſq; perſiæ coniungat: multũq; in medi-
terraneam inter gedroſiam parthiãq; porrigit
plus tamen gedroſiæ pręuaricat ad aquilonem
quod fecunditas declarat. Parthia.n.omnia
fert ⁊ magnas arbores Signit præter oleam: et Parthiæ bona.
fluminibus eſt irrigata Gedroſia vero parũ dif
fert a terra Ichthyophagoꝝ vt ſępe eaꝫ ſterili
tas opprimat: quapropter anni fructus in plu-
res annos recondunt. Oneſicrit⁹ tradit flumẽ
eſſe in carmania: quod auri ſtrigilem ferat. iteꝫ
argenti foſſilis ⁊ ęris ⁊ rubricę minii venam et
montes duos alterum arſenici alterum ſalis.
Habet etiam deſerta quędam quę iam quum
parthia ⁊ Paretacina coniunguntur. Item
agriculturas perſicis ſimiles: pręcipuę vitẽ car
manicam a noſtris vocitatã: quę ſępe bicubita
lẽ racemũ facit magnis acinis ac denſis. Par
eſt .n. eam ibi fœcundiorem eſſe. Ibi propter e-
quorum inopiam: aſinis in bello plurimum vtũ Racemus bicubital.
tur: ⁊ Aſinum marti ſacrificant quem ſolum p- Mars a Perſis colitur.
ſę ex omnibus diis colunt ⁊ bellicoſi ſunt. nemo
vxorem ducit: niſi prius hoſtis caput amputatũ
ad regem pertulerit. Rex caluaria in regia col
locata: linguam minutatim ſecans pane permi
ſcet: poſtea deguſtatã ei q attulit ⁊ familiarib⁹
edendã pbet: atq; ille pręclarus eſt: cui multa ca
pita ſunt allata. Nearchus refert Carmaniaꝫ Perſia.
mores ac ſermonem maxima ex parte perſaruꝫ
eſſe: ac medorum Os perſici ſinus maius eſt:
quã vna die tranſfretari poſſit: poſt Carmaniã
pſia ẽ. multa ſane in ora ſinus q ab ea noiat: ſed
lõge maior in mediterranea: pręſertim in lõgi

tudine:q̄ ab austro ⁊ Carmaniam in septētrionē
⁊ medicas gentes ptendit:⁊ tertia est natura:⁊
aeris temperie. Nam ora maritima æstuosa est
ac ventosa ⁊ fructuum inops præterquā palmarū
Ea in quatuor millibus ⁊ quadrigētis stadiis
vel iii.ccc.censetur:⁊ i flumē deflectit quod ibi
Oroates flumius.
oroates appellat̄. Regio vero vltra hanc cam-
pestris ē:⁊ oīm ferax ⁊ optima pecorum nutrix:
fluminibus ⁊ lacubus plena. tertia est hyema-
lis ac mōtana aqlonē versus. in extremis eius
partib⁹ sunt Camelorū pastores. lōgitudo ē(vt
Eratosthenī placet) in septentrionē ⁊ Caspias
portas ad.viii.millia stadiorū scđm promōtoria
quædam occurrētia. Reliqua est in caspias por
tas nō pluriū duobus millibus stadiorū. lōgitu
do vero in mediterranea a Susis vsq̃ persepo
lim stadiorū quattuor milliū ⁊.cc. atq̃ hinc vsq̃
in Carmaniæ fines:sunt mille ⁊ sexcenta. Nati
Patischores. Achemenidæ.
ones incolunt regionē quæ patischores appel
lātur. Itē Achemenidæ ⁊ magi q̄ honestū quod
Cyrtii. Marai.
dā viuendi genus sectant̄. item Cyrtii ⁊ Marai
quorū alii prædatores sunt:alii agricultores: et
Susia.
fere Susia psię pars est inter eam ⁊ babyloniā
posita:⁊ Susa vrbē clarissimā hēt: Nā persæ ac
Cyrus superatis medis quū propiā terrā in vl
timis sitā videret. Susiā vero interius ⁊ baby
loniæ ⁊ aliis gētibus ppinquā:in ea imperii se-
dē locauerūt simul ⁊ regionis a cōfiniū ostendē-
tes.vt vrbis dignitatē ⁊ quod maximū est. Su-
sii nunq̃ ex sese magnis rebus insidiati sunt: sꝫ
semp subditi fuere:in purte maioris cōuentus
Tithonus
collocati nisi herouū tpe: Susa.n.a Tithono cō
Memnon.
dita dicūtur. Mēnonis patre ambitu.c.⁊.xx.sta
Casii
diorū figura ob lōga:cuius arx mēnoniū voca-
Casia.
batur:Susii etiā Casii sunt appellati. Nā æschy
Paltus.
lus mēnonis matrē casiam vocāt. Mēnon ipse
Banda.
sepultus dicitur circa paltū Syriæ iuxta flumē
bandā(vt Simonides ait) in mēnone dithyrā-
bo deliacorū. Urbs mœnia ⁊ tēpla ⁊ regie struc
tura erant babylonicis simili a ex coctili latere
⁊ bitumine vt quida ediderūt. Policletus dicit
eā sine mœnib⁹ fuisse.cc. stađ.ambitu. Quū re
gias apud susa maxime exornassent:nihilomin⁹
p sepolitaria ⁊ Pasargadia, magnope coluerūt
nā ⁊ gazā ⁊ thesauri psarū monumēta ibi erant
vt in locis pgenitorū munitioribus. Erant etiā
regiæ aliæ. Gabis in superioribus persiæ ptibus
⁊ in ora iuxta eam q̄ Oca dicebat̄:atq̃ hæ qui-
Oca.
dē quū per se imperarēt. Posteriores aūt aliis
atq̃ aliis vbi sunt tenuioribus(vt videt̄) vt po-
re persia iā diminuta:⁊ a macedonibus ac par-
this plurimū labefacta. Nā ⁊ si adhuc persæ re-
gnāt:propriū regē hñtes:virib⁹ tñ lōge sunt in
Susa.
feriores:⁊ Parthorū regi adherescunt. Susa
Coaspes
itaq̃ in mediterranea iacent trās coaspē flumē
Urii.
iuxta pontē. Regio vsq̃ ad mare descendit. Ei⁹
ora est a finibus persicæ oræ vsq̃ ad Tigris o-
stia triū milliū fere stadiorum: Coaspes p regio
nem fluēs in eandē orā desinit: ortū habens ab
vriis. Inter Susa.n.ac Persiā mōtana quædā
aspera ⁊ prærupta interiacent q̄ angustias hñt
difficulter p vias:⁊ oēs pdatores q̄ mercedē a
regib⁹ exigebāt: apud ingressum q̄ ex Susis ē

in persiā. addit Polycletus Coaspē ⁊ euelū: et
Coaspes Euelus Tigris.
Tigri in lacum quendā influere:postea inde in
mare emittere:iuxta lacuꝫ Emporiū esse: cū flu
mina maris merces nō recipiāt:nec emittat pp
Catarectas de industria factas:pedestri itine
re ad mercatū proficiscūtur:quidā dicunt octo-
ginta stadia esse vsq̃ ad vrbē Susa: quidā volūt
flumina oīa quæ Susiā pluadunt in Tigris flu-
men influere: ac etiā euphratis canales q̄ iter
mediū sunt ⁊ ppea ad ostia pasitigrim nominari
Nearchus cū Susiæ præternauigationeꝫ palu-
strē dicat addit terminū eius eē euphratē: ⁊ in
ore vicū habitari q̄ merces ex Arabia suscipiat
ac deinceps Arabū orā ori euphratis:⁊ pasitig-
grios cōiungi. Loca media omnia:a lacu quo-
daꝫ occupari:q̄ tigrim in se recipit.c.⁊.l.stadiis
pasitigrim adnauiganti ratē esse q̄ ex Susis in
Persiā ducit. Eāq̃ a Susis abesse stadiis.lx. pa
sitigrim vero:ab oroatide duobus millib⁹ fere
stadiorū nauigationē p lacū los Tigris stadio
ruꝫ.lx.esse. Ad os Susianū vicū habitari quin-
gētis stadiis a Susis distantē. Ab ore euphra
tis vsq̃ babylonē nauigationē esse p loca bene
habitata supra tria millia stadiorū. Onesicrit⁹
autor est Euphratem: tigrimq̃ in lacū mittere
rursumq̃ Euphratē e lacu egressum pprio ore
ad mare iungi. Sunt ⁊ aliæ cōplures angustiæ
vrios trāseunti iuxta persiā: quas Alexander
vi pmeauit ad persicas portas ⁊ loca alia tran-
siens regionē ⁊ videre properās principales e-
ius partes ⁊ thesauros q̄ p tot tpa erāt: quib⁹
persæ Asiā tenuissent:⁊ multa flumina traiecit
q̄ regionē rigant:⁊ in persicū sinū deferūt̄. Naꝫ
post coaspē copratas ⁊ pasitigris q̄ etiā ex vria
Copratas Pasitigris Uria.
fluit. Itē Cyrus q̄ circa Pasagardas p cauam
Cyrus fluuius.
persiā fluit. Ab eo rex appellat⁹ ē. Nā p agra-
pasargade
datom cyrus dictus ē. Iuxta Persepolim Ale-
Persepol.
xander araxē traiecit: persæpolis magnificas
regias habebat:⁊ fabrica sumptuosa in Araxē
Araxes.
ex paretacis descendentē: Medus influit ex me
Medus.
dia delatus. Ibi p cōuallē rerū oīm feracē:⁊ car-
mania iunctā deferūtur:⁊ orientalib⁹ regionis
partib⁹ quēadmodū ⁊ psepolis Alexander per
Cyri sepultura.
sepolitanis regiis cōcrematis:vltus ē græcos
quorū ⁊ illi sacra:⁊ vrbes ferro igniq̃ vastassēt:
deinde in pasargadas venit:vbi erat antiqua re
gum sedes. Hic Cyri sepulturaꝫ in horti a vidit
turrim nō sane magnā arborū densitate occul-
tā a parte inferiore solidā superiore tecto ⁊ sa-
cello exornatā: quod perangustū aditū habe-
bat:p eū aristobulus introisse se ait iubēte re-
ge atq̃ sepulturā exornasse:⁊ aureā lecticam vi
disse ⁊ mensam cū poculis ⁊ aureum alueolum
⁊ vestem plurimā et ornatum lapillis incrusta-
tum:atq̃ hæc vidisse affirmat quum primo ac-
cessisset:postea direpta fuisse:ac cætera quideꝫ
asportata:lecticam vero confractam et alueo
lum transpositum mortuū aūt:⁊ nusq̃ apparere
Quod nō Satrapæ sed pdatorum opus fuerat
q̄ ea reliquerant quæ asportare nequiuerunt:
quæ quidem contigerunt cū Magorum custo-
dia impositis esset: qui quotidie ouem accipie-
bant in alimenta:quot mensibus autem equum

Nam Alexandri absentia in India & bactris p multa innouari pbuit: e qbus hoc vnū est. Sic .n. Aristobulus refert: & hui⁹ epigrāmatis mē-
Cyri epit. tionē facit. O homo ego Cyrus sum Asię rex q persis imperiū cōstitui. Ne igit mihi sepulturā inuideas. Onesicritus ait turrim .x. tabulatis excelsam fuisse: & in superiore tabulato Cyrū iacere. Cū greco epigrāmate persicis litteris insculpto. Cyrus ego: Rex ol regū cōdit⁹ hic sū.

Idem alio epigrāmate persico in eandē sē-
Darii epit. tentiā. Onesicritus quoq & epigrāmatis illius meminit quod in Darii sepultura erat hoc modo. Amic⁹ amicis fui: et eques: & sagittator optimus venatores superaui: & oia facere potui. Aristus Salamini⁹ multo his iunior refert turrim magnā fuisse duo tabulata habuisse & i successione persaꝝ cōditā fuisse sepulturam vero asseruari in qua grecū epigrāma inuenerat (vt ante diximus) & aliud persicū in eandē sententiā. Ideirco Cyrus Pasargadas habuit in ho-
Pasargade Astyages. nore: quod ibi Astyagē medū vltimo prelio superauit & Asiæ imperiū in se transtulit vrbe cōdita & regia cōstructa in memoriæ monumentū. Pecunias vero oēs quę in persia erant. Susa exportauit: que quāq & ipsa thesauris & supellectile plena erant. nō tamen eā regiam existimabat: sed babylonem quā in animo habebat illis oino anteferre: atq hic etiam thesauri seruabant. Tradunt preterea quæ babylone et in castris erant: quę ad hoc sumpta nō fuere: in persia & Susis inuenta fuisse talentorum .xl. millia: Sunt qui dicunt .l. Nonnulli omnia vndiq ecbatana comportata dicunt fuisse .c.lxxx. millia talētoꝝ. viii. millia vero: quę cum Dario e media fugiente exportata sunt ab iis direpta: qui eum occidere. Alexander itaq babylonē longe omnibus anteponebat videns eam: & magnitudine et rebus cæteris excellere. Nā Susiana quanq opulenta sit torridum tamen: & æstuosum aerē habet præsertim circa vrbē: vt ille dicit adeo vt lacertę: & serpentes: per æstatē. dū sol est in meridie vrbis vias transire non possint: sed in mediis interceptæ cōcrementur quod nusq in tota persia contigit: quāq australior est lauacra quoq frigida proposita subito excalefieri ordeum in solæ sparsum: ita conteri quemadmodum milium i mortariis: quapropter ad duo cubita terrā tectis imponūt. domus ipsę propter onus angustę fiunt & longę. Cum longis trabibus careant: & magnis domibus indigeant propter æstum. Palmaceas autem trabes peculiare quidam parti. Nam quū solidę sint: cū ueterascunt: non cedunt in partem inferiorem: sed in superiorem pandūtur propter onus vnde meli⁹ tectum sustinent: æstus causa dicit: quod septētrionem versus montes quidam altissimi imminent: qui omnē borealem flatū excipiunt. Elati enim & sublimes a montibus spirātes: campos nō attingunt: sed in australiora Susiæ perferūt ea ventis trāquilla est: tunc precipue quū reliquam terrā æstu exustā Etesiæ refrigerant: frumēto adeo abundant: vt & ordeū & triticū in planicie centuplū ferat: nonnūq etiam ducentuplū

Ideirco non crebras porcas faciunt: nā crebræ radices germen impediūt. Cum vites in ea nō nascerent. Macedones ibi & babylonæ eas cō seuerunt. Ibi non scrobes faciebant: sed palos quosdam in extremo ferratos in terrā defigentes postea educentes pro eis palmites demittebant. In mediterranea vero plurimū: nostro q tēpore sæpe aliter atq aliter contigit. Dicit Nearchus nec tunc vię duces indigenas habuisse: cū ex India in Babyloniam classe nauigaret: quod nec stationes habere poterat nec hominibus abūdaret qui perite ducerēt. Sub-
sidi autem babylonicę vicina est Sitacena: quę Sitacena.
postea Apolloniatis est appellata: Ambabus Apolloniatis.
a septētrione orientē versus elymei imminēt et Elymei.
paresitaceni homines latrones. & asperis mon- Paresitaceni.
tib⁹ freti sed magis paresitaceni Apolloniatis imminent vnde eos plurimū infestant. elymei autem illos & Susios. cum elymeis vero Uxii Uxii.
pugnant: quanq nunc quidem minus propter Parthorum potentiā vt ego existimo: quibus parent omnes qui loca ea incolūt: quare his bene habentibus & omnes bene habent qui illis parent: dissidentibus vero quod sepæ fit: etiam nostro tēpore sępe aliter atq aliter euenit. sed non eadē omnibus: quibusdam enim tumultus prodest: quibusdam preter sententiā euenit: ac persica quidem: & Susiana regio talis est. Ora maritima plaustris est & importuosa. Ideirco persici mores: & his & medis: & aliis cōpluribus idē sunt: de quibus etsi permulti dixerunt: tamen dicenda nobis videntur quę ad rē attinent. Persę nec statuas; nec aras erigunt: sacrificant in lo- Persarum mores.
co excelso. Celum Iouē putant: colunt solē quē mithrā vocant: Itē lunā & venerē: & ignē & tellurem & vētos: & aquā sacrificant in loco mūdo: cū imprecationibus: & coronatā hostiam statuunt. Cū vero Magus: qui sacrificio preest: mēbratim carnes in quęq diuiserit: abeunt nulla par- Persarum sacra.
te diis relicta: dicunt enim deum nihil velle: preter hostię animā nonnulli (vt fertur precordiorum partē igni imponunt: precipue igni & aquę sacrificant: igni arida ligna imponētes: adēpto cortice: & aruina sup iniecta; deinde infuso oleo succedunt nō inspirantes: sed vētilantes: quod siquis inspirarit: aut mortuū quicquam: cœnūue in ignē immiserit: morte plectitur. Aqua sacra peragunt hoc modo. In lacū vel flumen vel fontē venientes: scrobē faciunt: ibiq hostiā iugulant. Cauētes ne quid proxime aquę sanguine cōtingatur: tanq oia pollutura: postea carnibus super myrto: lauroue impositis: eas magi subtilibus virgis cōburunt: & factis imprecationibus quibusdā: oleū lacte ac melle mistū inspergūt: non in ignē nec in aquā: sed in terram. Imprecationes per multū tempus faciunt: fasciculū virgarum myricinarum tenuium tenentes. In Cappadocia vbi maxima est magoꝝ multitudo: qui pyrethi vocant & multa persicoꝝ deo- Cappadocia.
rum tēpla: nō cultro sed stipite quodā mactāt tanq malleo verberātes. Suntq Pyrethia septa quędam ingētia: in quoꝝ medio ara est. In ea magi & cinerē multū & ignē inextinguibilē seruāt Pyrethi.

quo quottidie ingressi imprecationes faciunt
per horam fere ante ignem: virgarum fasciculū
Anaitis. tenentes filiraceis infulis velati: ex vtraq; pte
Amanus. dependentibus: adeo vt vittæ labia contegant.
Persarum Hæc in Anaitidis & Amani delubris fiunt. Nā
mores. & horum ibi delubra sunt: & Amani statua in pō
pam ducitur. Hæc nos vidimus: Illa & sequen
tia in historiis traduntur: quod in flumen Per=
sæ non micturiunt: nec lauantur: nec abluuntur
nec mortuū iniiciunt: nec alia quæ imūda esse vi
deant. Cuicūq; deo sacrificēt: primū igni impre=
cationes faciunt. Reges habent ex eadē stirpe
q̄ nō paruerit capite & brachio amputato ꝓici
tur. Ducūt vxores q̄plures & multas pellices
alunt: propagandæ sobolis gratia. Reges quo
tannis pręmia proponūt iis: qui plures filios
ædiderint: pueri ante quartū annū in patris cō
spectum nō veniunt. Nuptiæ in initio verni ęq=
noctii celebrant: sponsus in thalamū ꝓcedit co
messo prius malo vel cameli medulla: p̄ter id
nihil eo die. A quinto vsq; ad. xxiiii. annū discūt
sagittare iaculari: equitare: & in primis vera di=
cere. Disciplinarū magistris continentissimis
vtuntur: q̄ fabulas ad vtilitatem reductas inse
runt: cū cantu: & sine cantu: deorꝝ & clarorꝝ virorꝝ
facta referentes: cōgregant eos in vnum locū:
æris sonitu añ lucē excitatos tāq; ad arma aut
venationem. pręficiunt eis ducē aliquem ex re
gis filiis aut satrapę per quinquagenos: quæ
currentē sequi iubent: loco. xxx. xl. ve stadiorum
determinato deposcunt etiaꝫ rationē eorꝝ q̄ illi
didicerint simul & voceꝫ: & latus & spiritum exer
centes ad ęstū: ad frigus: ad hymbres & torren
tiū transitus. Docent arma & vestes madidas
seruare & pascere & rusticari & fructibus silue=
stribus vesci: vt Terminthō: gladibus piris a=
Cardaces gresti bus. Atq; hi cardaces vocantur: ex furto
Carda. viuentes. Nā carda virile ac bellicosum signat
Quotidianus eorꝝ cibus post exercitum est pa
nis durissimus: & cardamum: & salis granū: & car
nes assę vel elixæ potus est aqua: venant autē
pila & sagittas ab equis mittentes & funda vtē
tes In ante meridiano tempore. his exercētur
aut arbores serunt: aut radices effodiunt aut
arma faciunt: aut lino & retibus student: pueri
venationē non attingunt: sed mos est eā domuꝫ
referre. Cursus & cęterorꝝ quę in quinquennus
Pyropus exercentur pręmia ab rege proponūtur. Pueri
auro exornantur. Pyropum in honore habēt:
quare nec cūmo: tuo apponunt quemadmoduꝫ
nec ignem ob honorem quem ei deferunt. Mi=
litant & magistratus obeunt a. xx. anno vsq; ad
Cetrę fi= quinquagesimū & pedites & equites. Forū non
gura. attingunt. Nam nec emunt nec vendunt. Armā
tur Cetra in rhō bi figuram facta præter pha=
retras: Sagarim & Sicas habent circū caput
pileū turritū circū pectus thoracem squamosuꝫ
Principes anaxyridē triplā & habēt & tunicā ma
nicatā duplā genu tenus: cuius suffultura can=
dida est exterior vero pars colore infecta. amic
tum æstate purpureū vel variū hyeme autē va
riū. Tiaras magorum infulis similes: calcia=
mentū altū ac duplū. Multitudo tunicā duplaꝫ
gerit ad mēdiā vsq; tibiā descendētem. Circuꝫ
Tiara. caput Sindonū pāni volumen quisq; arcu & fū=
Persaruꝫ da vtitur. Persæ laute coenant integra & mul=
coenæ. ta: & varia apponentes lecti & poculorum or=
natus splēdidissimus auro & argento refulget.
De rebus maximis inter vinum consultant:
quas ipsi firmiores putant quam quæ in sobri
etate fuerint deliberatæ. Si notis & ęqualibus
in via occurrant eos osculāt si humiliores sunt
adorant sola sepeliūt corpora cera oblinentes.
Magos insepultos auibus edendos dimittūt:
hi cū matribus ex patrio more congrediuntur.
Ac Persarꝝ quidem mores sunt huiusmodi illa
forsitan addenda sunt quę a Policrito dicūtur.
Quod regū quisq; suas ædes in monte faciant
& thesauros & tributa quæ exigūt ibi recondāt
bene administratę rei monumētū. Exigere eos
ex ora maritima argentū ex mediterranea quæ
quæq; regio ferat vt colores medicamēta lanā:
vel aliud tale eodem modo & pecora. Tributa
Darii for= instituisse Darii longimanū: qui omniū hominū
ma. pulcherrimus fuit excepta brachiorꝝ & vlnaruꝫ
longitudine. quę tanta erat: vt genua continge
ret. Maximā auri atq; argēti partē in ędificiis
esse i nūmis pexiguā. Cū gratiora illa ad the=
sauri cōseruationē existimētur: nūmorꝝ vero tā
tum esse: quantū satis sit ad vsum: & tantum au
ri percutere quantum impensis sufficiat. Per
sarū mores magna ex parte tēperati sūt & si ob
opulentiā reges in delicias luxūq; defluxerint
adeo vt triticū ex asso eolica afferri vellēt. Vinū
Chalybo= aūt ex Syria quod Chalybonū dicit: aquaꝫ ex
nium. euleo quod ea olim esset leuissima: vt atticuꝫ ac
Persę. ceptabulū diagma minus appēderet. Ex omni=
bus aūt barbaris persas clarissimos effici apō
Gręcos cōtigit: quod nulli grecis parerunt: q̄
Asiam tenuere: præter eos nec ii græcos nec
gręci illos antea nouerāt: nisi perparū admodū
quantū fama percepissent. Nam nec Homerus
medorꝝ: Syrorūue imperiū nouit. Nā cū ægyp=
tias thebas & earꝝ & phoenicū diuitias nominet
nequaq; Babylonis & Ecbatanarū opes conti
cuisset. Ac primo quidē gręcis persę imperaue
runt. Lydi vero nō toti Asiæ: sed parti peretti=
gue: solū cis halym sunt dominati. Idq; non diu
Croesi: & Aliatis tēpore: sed si quā famā habe=
bāt: eā amiserūt a persis superati Persæ q̄pri
mū medorum res euerterūt Lydos subegere &
gręci q̄ in Asia erāt: illis paruerūt postmodū in
gręciam traiicientes: sępe multisq; certamini=
bus victi sunt. Asiā tñ vsq; ad mare tenuerunt:
donec a macedonibꝰ sunt debellati. Cyrus eos
primū in imperio cōstituit. Cuius successor cā=
byses filiꝰ: a magis sublatꝰ ē: septē vero pse qui
Darius. magos interemerūt Dario hystaspis filio ipe=
riū tradideꝛ. cuiꝰ successores i narse defecꝛ quē
cū Bagos eunuchꝰ iterfecisset: dariū regē fecit
quāq; e stirpe regia nō erat. Sed quū alexāder
hūc euertisset ipse. xxi. ve ānis regnauit. Postea
asię ipiuꝫ i cōplures successores & ab eis ꝓfec=
tos diuisū euersūq; ē. Permāsit tñ ānis. cc. et. l.
nūc iā p sese sūt. Ac reges q̄ oli Macedonibus
paruere nūc parthorū regibꝰ subiectos habēt

¶ Sextus decimus circa assyriam versatur: in qua Babylon est: et Nisibis vrbes maximae. Item circa Adiabenam et Mesopotamiam et Syriam et Phoeniciam et Palestinam: Arabiam omnem: et quaecunque Indica Arabiam contingunt. Item Saracenorum regionem quam Scenetum vocant: et omnem rubrorum: et mortuo adiacentem.

Assirii. babylonia. Aturia. Ninus. Apolloniatis. Elymei. Paretacae. charonetis. tagrum. Dolomena. Calachena. zachena. Adiabena. mesopotamia. Gordiesea. Nisibis. Syrorum nomen. Leucosyri. Ninus. Babylon. Semiramis

Persiae ac Susianae iuncti sunt Assyrii: hi .n. Babyloniam et maximam circunstantis regionis partem vocant. Cuius etiam Aturia est: In qua sunt ninus: Apolloniatis: Elymei Paretacae: et Charonetis. zagro monti proxima. Item circa Nino vicini: et Dolomena: et Calachena: et zachena: et Adiabena: et mesopotamiae gentes: gordiesis: et Mygdonibus iis, primae quae circa Nisibim sunt usque ad Euphratis pontem: et ad multam trans euphratem regionem: quam arabes tenent: et quae proprie nunc Syri appellant usque ad Ciliceu et Phoenices et Lybes: et Aegyptium pelagus et Issicum sinum Syrorum nomen tendere videtur: a Babylonia: usque ad issicum sinum: et ab hoc olim usque ad euxinum. Quare utrique cappadoces: tum qui ad taurum: tum qui ad pontum iacent: ad hoc usque tempus leucosiri appellantur ac si sint aliqui Syri nigri. hi autem extra taurum sunt: taurum dico cum qui ad amanum usque nomen extendit: qui de syrorum imperio scribunt: cum medos a persis euersos dicunt. Syros sunt a medis nullon alios Syron intelligunt: sed qui Babylonem: ac ninum regni caput effecerunt. quarum alteram Ninum .s. Ninus in Aturia condidit: Cuius vxor Semiramis regno succedens condidit Babylonem: atque hi Asiam tenuerunt: Semiramidis opera praeter ea: quae apud Babylonem sunt: multa per vniuersam fere hanc continentem ostenduntur. vt aggeres: qui Semiramidis vocantur: et moenia et munitionum fabricae et aquae ductus: et scalae et fossae in fluminibus: et lacubus: et viae: et pontes. Posteris vero suis imperium reliquerunt: vsque ad Sardanapalum: et orbacum: quod postea in medos translatum est. Sed ninus post euersos Syros ex templo deleta est: ea multo maior erat Babylone in aturiae composita.

Aturia. Arbela. Lycus. Gaugamela. Darius.

Aturia similis est iis locis qui circa Arbela sunt et Lycum flumen intermedium habet. Arbela .n. ad Babyloniam pertinent: et iuxta eam sunt: Trans Lycum vero Aturiae caput Ninum circumiacet. in Aturia quoque vicus est nomine gaugamela apud quem Darius superatus amisit imperium: quare hic locus insignis est eius nomen Cameli domus interpretatur. Sic .n. est Darius hystaspis filius nominauit: quum possessionem hanc camelo defesso in alimentum daret: praesertim in via qua per deserta Scythiam cum oneribus itur. in quibus regi etiam alimentum erat. Macedones cum hunc vicum tenuem viderent. Arbela vero habitationem admirabilem ab arbelo: vt tradunt Athmonei filio condita circa Arbela et proelium et victoriam fuisse diuulgarunt: atque sic scriptoribus tradiderunt:

Artacena.

post Arbela et Nicatorium montem quem sic alexander nominauit: victo apud Arbela proelio est flumen caper in tanta distantia in quanta Lycus. Regio ipsa Artuccna dicitur Circa Arbela est vrbs Demetrias: postea est fons qui naphtha fluit: postea ignes et Aneae templum: et sadrace darii regia eius qui hystaspis filius fuit: et Cupressetum et locus vbi caper transitur: iam cum Seleucia et Babylone coniunctus. Babylon in campo iacet: muri ambitum habet .ccc. et .lxxxv. stadiorum. Eius crassitudinem pedum .xxxii. Altitudinem inter turres cubitorum quinquagenum turrium ipsarum sexagenum: viam super moenibus tam latam: vt quadrigae occurrentes facile pertransire possint. vnde et hoc ex .vii. spectaculis vnum dicitur. Item horti pensiles in figura quadrata: quorum latum quodlibet quaternum est iugerum. Hi fornicibus continentur sese in forcipis modum intercidentibus sitis super pilis in aleatoriarum tabellariorum formam aleae super alia positarum. Pilae concauae sunt et terra plenae: vt arbores maximas concitas recipere possint ex lapide coctili et bitumine structae: tam ipsae quam fornices et fornicum interfectiones supremum tabulatum ascensus scalares habet et cochlias ipsis adiacentes: per quos continue aqua ex Euphrate in hortos afferebatur ad hominibus ad hoc ipsum constitutis: Nam flumen mediam vrbem interluit: eius latitudo stadium occupat: horti super flumine sunt: vbi etiam beli sepultura est nunc eruta: quam Xerxes eruit vt fertur. Ea pyramis quaedam erat quadrata ex latere coctili structa: stadii altitudine: cuius quodque latus stadium obtinebat: hanc Alexander reparare voluit: sed cum multi laboris esset et multi temporis. Nam solum ad expurganddam terram decem millibus hominum duobus mensibus opus erat: quod inceperat perficere non voluit: Illico enim morbus et mors consecuta est. Id posteriorum nemo curauit: quin etiam reliqua neglecta sunt: et vrbis partem Persae diruerunt: partem tempus consumpsit et macedonum negligentia praesertim vbi Seleucus nicator Seleuciam ad Tigrim conditus ad stadia .ccc. babyloni proximam. Nam et ille et posteri omnes circa hanc vrbem maximopere studuerunt et regni caput effecerunt: et nunc Babylone maior est: quanquam magna ex parte deserta: vt id facile de ea dici possit quod de magnis vrbibus: quae in Arcadia erant a quodam dictum est magna ciuitas magna solitudo est. In ea propter lignorum inopiam ex palmaceis trabibus et columnis aedificia faciunt. Circum columnas funes: ex torta stipula confectos ponunt: postea illinentes coloribus pingunt. Portae bituminatae et altae sunt tam ipsae quam domus: quae omnes propter lignorum penuriam fornicantur. Nam regio magna ex parte nuda nihil habet: praeter frutices et palmam: quae et in Babylonia et in Susiana: et in ora persiae: et in Carmania permulta est. Imbribus autem non vtuntur cum hymbribus careant. Susiana Sitacenae similis est. Constituta est habi

demetrias
Aneae tep.
Sadrace.
beli sepul.
Seleucia.

tatio quædam in Babylonia philosophis indi-
genis: plurimū circa philosophiā versantibus:
qui Chaldæi appellantur. Sunt et eis qui Ge-
nethlialogiā simulent: sed a cæteris nō recipiū-
tur. Et alia Chaldęoꝝ ūnatio et Babylonię re-
chaldæi gio ab eis habitata arabibus ⁊ mari proxima:
quod persicū appellatur: Chaldęoꝝ astronomi
corum genera multa sunt. Nam quidam orche-
ni dicuntur: quidā Borsispeni: ⁊ alii complures
qui tanꝙ per sectas eisdem de rebus alias atq;
orcheni. alias opiniones sequūtur: ⁊ Mathematici quo-
borsispeni. ꝗ de nonnullis eoꝝ mentionem faciūt: queād-
cidena. modum decidena: ⁊ naburiano. ⁊ Sudino Nam
et seleucus ex seleucia chaldęus est: atq; alii cō-
plures illustres viri. Borsippa ciuitas est Dia-
naburian⁹. nę ⁊ apollini sacra. In ea maximū linificium est
sudinus. et maxima vespertilionum multitudo: qui lōge
seleucus maiores sunt ꝙ in cęteris locis. capiuntur et in
borsippa. esum condiuntur. Babyloniorꝝ regio ab orien-
vespertilio te cōplectitur a Susiis ⁊ elymis: ⁊ paretacinis.
nes. Ab occidente ab arabibus Scenetis: vsq; in A-
babylonio diabenā: ⁊ Gordyeam. A septētrione ab arme-
rum. niis ac medis vsq; ad zagrū montē et gentes cir-
regio ca eum habitantes. Regio a multis fluminib⁹
Gordyea irrigatur: quoꝝ maximi sunt Tigris ⁊ Euphra-
zagrus. tes. Hęc enim flumina secunda sunt: post indica
ad australes asię partes defluentia: ⁊ per alte-
rum. Opim nauigatur: ⁊ in eam quæ nunc Se-
leucia dicitur. Opis autē vicus est circunstan-
tium locoꝝ emporium: per alterū vero babylo-
nem: supra tria millia stadiorū. Sed persę volē-
tes de industria nauigationem ꝓhibere: Cana-
les manufactos cōstruxerunt: extranearū inua-
opis sionum metu. Alexander quū aduentasset: quoc-
vicus quot potuit restituit: eos præsertim qui opim
euphrates deferebant: ⁊ fossas maximas duci curauit ex-
exundat undat enim euphrates in æstate: a vere icipiēs
in estate Quum iam niues in armenia liquefiunt: vt ne-
cesse sit stagnari arua: atq; obrui nisi quis ingruē-
tem fluxū: ⁊ aquarū vim per fossas ⁊ canales di-
uertat: queadmodū nilū in ęgypto: atq; ob hoc
quidē canales deducti sunt: sed opa multa op⁹
est. Nam cū terra profunda sit: ⁊ mollis ac facile
cedat facile ab aquis trahitur: ⁊ campos nudat
et limus fossas implet: ⁊ eoꝝ ora obstruit. Un-
de rursum aquarum effusionem fieri contingit:
quę in campos egressa lacus ⁊ paludes ad ma-
re efficiunt: ⁊ arundineta e quoꝝ arūdinibus va-
ria contexuntur vasa: quorum quę liquida susci-
piunt: bitumine illinūtur. Cętera nuda ⁊ lituræ
expertia relinquūtur: fiunt etiā vela arundinea
storeis ⁊ cratibus similia. Hæc inundatio omnino
prohiberi nō potest: afferri autē aliquod reme-
diū potest: qđ optimoꝝ principū opus est. Re-
mediū est multā aquarū effusionē obstruēdo ꝓ-
hibere: fossaꝝ vero repletionē quā limus efficit
eas expurgādo ⁊ ora aperiendo. Purgatio faci-
lis est obstructio laboriosa. Nam cū terra faci-
le cedat ⁊ mollis sit: aggestum limū non sustinet
sed sedendo ⁊ ipsa trahitur: ⁊ os effossu difficile
reddit. Nam ⁊ celeritate opus est vt cito fossæ
claudantur ⁊ ne omnino ab eis aqua elabatur: fos-
sæ enim ꝑ ęstatē arefactæ flumen arefaciūt: qđ
humide factum deriuationes ad tempus ꝓbe-
re nō potest: quibus regio perusta ⁊ æstuosa ꝑ
ęstatem plurimū eget. Nā nihil refert siue aqua-
rum multitudine obruantur fruges siue siti de-
pereant. Prętereea cū nauigationes valde vti-
les sint ab antedictis causis īpeditę: aptari nō
possunt nisi fossarum ora cito aperiātur: et cito
claudantur: vt semꝑ fossę mediocritatē seruent
ne in eis aqua redundet: neue etiam deficiat. re-
fert aristobulus Alexandrū ipsum nauigantē
et scaphā gubernantē: operi præfuisse: ⁊ cū cæ-
tera multitudine fossas emundasse ⁊ ora obstru-
xisse: ⁊ nonnulla aperuisse. Quūq; fossam quan-
dam ad paludes ⁊ lacus: qui sunt arabiā versus
tendere animaduerteret ⁊ habētem os intracta-
bile: ⁊ obstructu difficillimū ꝓpter cedentem ⁊
mollē terrā aliud nouum os aperuisse. xxx. sta-
diorū capto loco petroso: atq; traducto alueo.
Idq; tum prouidendi gratia fecisse: tū ne Ara-
bia omnino difficilis esset ingressu: propter lac⁹
et paludes: cū propter aquæ multitudinē iam
effecta insula videretur: habebat enim ī animo
regionem eam adipisci: simulq; ⁊ classem ⁊ rece-
ptacula parauerat. nauigia quoq; partī in phœ-
nicia cyproq; construxerat: tum plicatilia: tū cō-
pacta: q̄ stadiis. vii. Thapsacū portata postea
Babylonem flumine deferrentur: partim in ba-
bylonia ędificauerat: ex hortorum ⁊ lucorū cy-
parissis: Nam in eo loco materiei inopia est. A- thapsacus
pud cosseos vero ⁊ nonnullos alios mediocris
copia: hoc prętextu maxime moturū bellum di-
cunt quod soli arabes ex omnibus gentibus le-
gatos ad eum non misissent: sed reuera cupien-
tem omnibus dominari ⁊ quoniam duos tantū
deos ab illis coli audisset Iouem scilicet: ⁊ bac-
chum: qui quę ad vitam pertinent principalia
dant se tertium existimasse cultum iri: si vicisset
et patriam libertatem quam prius habebant:
illis permisisset. Atq; hęc Alexandrum circa ca-
nales effecisse: ⁊ regum ⁊ principum sepulturas
quarum plurimę in lacubus erant. reportasse.
Eratosthenes lacuum mentionem faciens: qui
apud arabiam erant: dicit cum aqua exitum nō
haberet subterraneos meatus aperuisse: ac ꝑ
illos vsq; in celosyriam deferri: ⁊ ibi ea flumina e-
rumpere: quę circa Rhinocarura: ⁊ Casiū mō-
tem sunt: atq; ibi ⁊ lacus ⁊ voragines efficere: q̄
haud scio an verisimilia dixerit. Nam euphra-
tis effusiones: quæ arabiā versus: ⁊ lacus: ⁊ pa-
ludes efficiūt: mari persico proximę sunt. Isth-
mus autem qui ea dirimit nec sane multus est:
nec petrosus. Quare verisimilius erat aquā in
mare impelli siue sub terram ꝙ vltra sex millia
stadiorum siccam ⁊ aridam regionem permeare
prę sertim quum Libanus ⁊ antilibanus: ⁊ Mar- Libanus.
sias montes medii essent. Atq; hi quidem hæc antilibanus.
dicunt. Polycletus negat euphratem inundare marsias
cum per campos maximos feratur: montium Cosei
vero nonnullos duobus millibus stadiorum ab-
esse. Coseos ad mille distare: non admodum
altos: nec valde niuibus pressos: nec cōfertā ni-

nū liquefactionē inducentes. Nam maximē montiū altitudines in borealibus ptibus sunt: vltra Ecbatana. In australibus vero scissos ac dilatatos plurimum deprimi: simulq; maximam a q̄ parte a Tigri excipi: quod itaq; vltimo dicitur aperte absurdū est. In eosdē.n. campos descendit: ꝛ sic montiū altitudines: quæ inūdare dicūtur: inæqualitatē quandā habent: partim quod borealis magis attollitur: partī quod meridionalis dilatāt. Sz mx nō modo altitudine mōtiū sed climatibus iudicatur. Et eisdē montis boreales partes magis niuibus tanguntur: quam australes: ꝛ diutius illę niuē retināt quam hæ. Cum itaq; Tigris ex supremis armenię partibus: quæ sunt Babyloniæ proximæ niualem aquam suscipiat non sane multā: vt pote ab Australi latere descendentem minus inundabit: euphrates vero exutrisq; partibus aquā recipit non ex vno monte solum: sed ex multis vt in peragratione armeniæ declarauimus ad dita etiā fluminis longitudine quantū ī magna ꝛ ī parua armenia percurrit: ꝛ quantum ex parua armenia per cappadociam ꝛ taurū vadens Tapsaca vsq; desertum: inferiorem Syriā ꝛ Mesopotamiā disterminādo: ꝛ quantū reliquū est vsq; ad hostia ꝛ babylonē quę summa est xxx. ꝛ. vi. milliū stadiorū: Quæ quidē apud canales attinent: nec sūt.

hordeum palma.

Regio hordeum fert quantū alia nulla: Nam modios tricenienos affer vt dicitur. Cętera vero ex palma præbet. Ex ea eni panis ꝛ mel ꝛ vinū ꝛ acetū fit: ꝛ textilia varia nucleis pro carbonibus fabri ferrarii utuntur. Qui ī aqua macerati bobus ꝛ ouibus in pabulū dantur. Dicit esse carmen quod dā persicum ī quo. ccc. ꝛ. lx. palmæ vtilitates numerentur: Oleo frequētius Sesamino vtuntur. Cætera loca huius arboris penuriā habent.

sesaminum oleum. bitumen naphtha.

In babylonia ēt bitumen multū īn nascitur, de quo Eratosthenes dicit: liquidū: quod naphthā vocāt ī Susiāo agro nasci: aridū vero quod cōgelascere potest: In babiloīa cuius fons est prope ipsum naphtham. Hoc autem inundante ex liquefactione niuiū: ꝛ ipse augetur ꝛ effusionē in fluuiū facit. Hic glebæ maximæ cōcreantur ad ædificia idoneæ: quæ ex coctilibus lateribus fiunt. Sunt qui liquidum etiam in agro babylonio innasci dicant. De arido quidē dictum ēt ꝙ præsertī ad ædificia valet: dicūt etiā nauigia contexi: quæ bitumine illita constipēt. At liquidū quod naphthā vocāt admirabilem quandā naturā habet. Nā igni admotū eū corripit ꝛ si corpꝰ co illitum igni admoueris: deflagrat nec aqua vllo pacto extingui potest: sꝫ magis ardet nisi valde multā super infūderis. Ceno ꝛ aceto ꝛ alumine ꝛ visco oppressum extinguitur. Unde Alexandrū tradūt: experientiæ gratia pucro cuidam in balnea Naptham inspsisse: ac lucernā admouisse vt ppe puer totus deflagraret: nisi circūstātes multa aqua flāmas cuississent: ac puerū seruassent. Possidonꝰ dicit ex fōtibus naphthæ Babylonii quosdam nigrū naphthā: quosdā albū producere: atq; ex iis alios esse liquidi sulphuris: eos scilicet qui album naphthā habēt ꝙ ꝛ flāmā arripiāt. Eos vero q̄ ni

naphtha fans

gri bituminis sint liquidos esse et ꝓ oleo in lucernis vti. Babylon olim Assyriæ fuit metropolis nunc Seleucia est: quæ ad Tigrim dicit: prope eā vicus maximus eīt nomine Ctesiphō: in quo parthorū reges hyemabant: Seleuciæ parcentes: ne a Scythica ꝛ militari natione opprimerētur. Hic vicus ciuitatis potentiā ac magnitudinē habet adeo vt parthorū multitudinem ꝛ apparatum omnē reciplat ac venalia ꝛ necessaria artificia illis suppediret. In eo parthorum reges in hyeme propter aeris temperiem degere solent: æstatē vero in hyrcaniā ꝛ ecbatana agunt: propter ea quæ antiqua fama obtinet: ꝛ quēadmodū Babyloniā regionē vocamꝰ: sic indigenas Babylonios dicimus non ab vrbe sed a regione: A Seleucia vero nequaꝙ̄ ꝛ si illic sint: vt Diogenem philosophū stoicum. Est autem artemita insignis ciuitas quingentis stadiis a Seleucia distans plurimū ad oriente exposita: quēadmodū Sitacana. Nam ꝛ ea multa et opulenta inter Babylonem ꝛ susianam iacet quare ex Babylone Susa euntibus totum iter per Sitacenam est. Ad orientem vero ex susis in persiæ mediterraneam euntibus: iter est per vxiam quēadmodū iis qui ex persia in medios Carmanos pficiscūtur. Carmaniā igitur a Septētrione persia circundat: quæ multa est cum paretacinis ꝛ cosseis cōiuncta vsq; ad Caspias portas montanis fane gentibus ac latrocīniis. Susiæ coniungitur Elymaitica: quæ magna ex parte aspera est ꝛ latronibus referta. Elymaiticæ media ꝛ quæ zagro sunt proxima. Cossei magna ex parte sagittarii sunt quēadmodū ꝛ montani: eis finitimi qui semper latrocinia exercēt. Paruam enim ac sterilē regionē incolentes ex alieno viuere ꝛ valentes esse oportet: oēs enim bellaces sunt ꝛ cum Elymei cū Babyloniis Susiisq; bellum gererent: illos in societate habuerunt. xiii. hominū millia conferentes: paretaceni: ꝙ̄ꝙ magis agriculturā exerceant: ꝙ Cossei: nec ipsi tamē a latrociniis abstinēt: elymei plus terræ possident quā hi ꝛ magis variā. Quæcunq; itaq; ferax est incolas agricultores habet montana vero milites nutrit magna ex parte Sagittariorū: ꝛ cū multa sit multum exercitū emittit. Unde cum rex eorū potentiam maximā habeat: non patitur parthorū regi obtemperare: quemadmodum alii: eodē modo se erga Macedonas habebant: qui postmodum Syriæ imperauerunt. Anthiochum quidē magnū cum qui Belli templū spoliare conatus est: finitimi barbari ex sese adorti interemerunt. Parthus ex his quæ illi euenerant edoctus: ꝛ tempore post audiens templa esse apud eos opulenta: videns que minime obtemperantes: vi magna inuasit: et palladis templū ac Dianæ quod Azara dicit cœpit. x. millibus talentorū ablatis. Capta est etiam prope flumen Hedyphontem Seleucia magna ciuitas: quæ prius Soloce vocabatur. Tres sunt in eam regiones aptiores ingressus ex media quidem ꝛ locis zagro vicinis: per massabaticam: ex Susia per gabianam. Gabiana ꝛ Massabatica elymeorū sunt pꝛouinciæ tertius in

babylon seleucia. Ctesiphō

artemita. sitacena.

carmania

elimatica. cossei.

paretnceni elymei

azara hedyphō. seleucia. soloce. gabiana massabarī

cyrbiana
sagapeni
silacceni

gressus est ex persia: est etiā Cyrbiana elymeo
rum prouintia. Is finitimi sunt Sagapeni: ꝛ Si-
lacceni parui sane principatus. Atq; hæ sunt gē
tes: quæ orientem versus vltra Babyloniā ha-
bitant. Ad septentrionem medianı diximus et

adiabena

armeniam. Ad occidentē est adiabena: ꝛ Meso
potamia: maxima adiabenæ paro planicies est
ea præsertim: quæ pertinet ad Babyloniā: quā
q̄ propriū principē habeat: nonnunq; armeniæ
adhereicit. Nam Medi, Armenii ac Babylo-
nii præter omēs alias gentes quæ hic sunt: ita
erant ab initio constituti: vt se inuicē adorien-
tur: vt cuiq; opportunū videbatur: rursum con-
ciliarentur: quod vsq; ad parthorū imperiū per
mansit a Media itaq; atq; Babyloniis Parthi
imperant. Harmeniis autem nūq;. Inuasiones
tamen sæpe factæ sunt olno aut ē capti nūq; im
mo tigranes (vt in rebus armeniacis dictum
est) fortiter restitit. Adiabena quidem ꝛ huius
modi adiabeni etiam Saccopodes vocantur.

saccopo
des.
assiriorum.
mores

De Mesopotamia ꝛ gentibus: quæ ad meridiē
vergunt deinceps dicemus. Si prius pauca de
moribus assyriorum fuerimus persecuti. Ibi ita
q; in cæteris persarū similes sunt propriū vero
habent: q; cuiusq; tribus tres viros integros
ac principales præficiunt: qui puellas publica
in mediā multitudinē producētes eas per præ
conem locandas significant: ac primo eas quæ
digniores sunt. Sic enim cōiugia apud eos cō-
ficiuntur: quoties vero coierint surgunt quisq;
seorsum suffici: lauantur mane priusq; quicq; at-
tingant. ꝛ perinde eis lauacrū in more est a coi-
tu atq; a mortuis. Omnibus Babyloniorū mulieri
bus mos est: ex causa quadam in aliqua venere
rea cū hospite permisceri: cū turba ꝛ cultu plu
rimo ad illum venientibus: quælibet nostro ali-
quo coronatur: qui vero ad eam admittitur: po
sito super eius genibus argento quantū sibi vi
detur: coit longe ea a fano abducta: id argentū
veneri sacrum est. Tres sunt magistratus eorū
qui iam iustitia sunt emeriti: ꝛ nobiliorū ꝛ senum
seorsum regio posito primi ꝛ virgines collocare
et de adulterio iura reddere. Secundi de fur-
tio: Tertii de rebus violentis. Ibi ægrotos in
vio exponētes interrogant prætereuntes: nō
quisq; morbi huius remedium norit: nam nemo
prætereuntium adeo malus est: qui occurrens
non admoneat: siquid salutare habet vestes ge
runt. Interiorem tunicam ex lino talarem: exte
riorem ex lana: amictum album: coma eis par-
ua est. Calciamentum non sane magnū gestant
